Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155426-p0001-8

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

SIGNAT. cIↃIↃCCCXIII.

DECLARATIO

CIRCVMSTANTIARVM GEMINI COLLOQVII, ALTERIVS V. DECEMbris, Anni 1595. alterius 29. Ianuarij, Anni 1596. in arce Keismarcensi habiti, & aliarum quarundam actionum è quibus, qua fide charta in titulo argumenta in ijsdem colloquijs proposita promittens, edita sit, haud obscurè perspici potest:

AD MAGNIFICVM Dominum, Dn. Sebastianum Thekeoli, Dominum in Keismarck, &c: in comitijs Posoniensibus versantem missa, & iam necessaria Defensionis ergò in lucem data,

A

SEBASTIANO AMBROSIO,
Pastore Ecclesiæ Keisinarcensis.

cIↃ IↃ XCVIII.

CLARISSIMI VIRI, DN. PHILIP. MELAN. IVDICIVM DE EA

scribendi ratione, qua se vsum esse fatetur Albertus Gravverus, sequentibus verbis: Ordinem in colloquio obseruatum, hîc (*nimirum in editione*) obseruare neq; potui, neq; volui.

Lib. 2. Element. Rhetor. non procul ab initio.

Quod in Oeconomia Xenophon scribit: Nihil tam vtile, tamq; pulcrum hominibus est, vt ordo: hoc in oratione maximè cerni potest, quæ si rebus ordo desit, simpliciter est sine mente sonus.

Auctarium ad Lectorem.

QVi veritatem diligit,
Is diligit quoque ordinem.
Namq; ostus ordo aptissimè
Cum veritate congruit.
Contrà sed in mendacio
Est ordinis confusio.
Mendacium nam dicere,
Et veritatis ordinem
Seruare, non licet simul.
Iam qui fatetur ipsemet,
Quòd ordinem neqaiuerit
Seruare, nec cupiuerit,
Eius quid è conatibus
Vero carentibus ordine
Sperare Lector debeas,
Si veritatem & ordinem,
Quæ semper vnà sunt, amas,
Perpende cautus, & Vale.

Ad Christianum Lectorem Sebastiani Ambrosii proœmium.

DRauideo equidem, quàm varijs id hominum iudicijs obnoxium futurum sit, quòd declarationem istam meam jam demum, postquam primarius Antagonista meus viam vniuersæ carnis, vt Scriptura loquitur, ingressus est, publici iuris faciam. Sed tamen etiam spero, æquiores huius mei facti interpretes futuros esse, quicunq; animo complecti volent & impedi-

menta, quæ editionem hactenus remorata sunt, et causas, quæ ne eã differrem amplius, mihi suaserunt & persuaserunt.

Nam quo tempore prodiit charta volatica in titulo promittens argumenta proposita in duobus distinctis colloquiis Keismarcii in arce habitis, domo aberat Magnificus Dominus Dn. Sebastianus Theokeoli, in cuius præsentia colloquia illa habita fuerunt. Deinde interuenit Generosissimæ eiusdem Coniugis præmaturus obitus. In idem tempus incidit aduersa eiusdem Magnifici Domini vale-

valetudo in itinere primùm
contracta, postea luctu dome-
stico ob intimè dilectã costã,
è latere quodãmodo excisam
& euulsam, maiorem in mo-
dum aucta. Secuta mox est
profectio ad societatem mili-
tiæ aduersus communes toti-
us Christiani nominis hostes,
nondum satis confirmata
valetudine susceptа: vnde
factum, vt & corpus labori-
bus firmas vires requirentib.
& animus communi patriæ
calamitate ob infelicem ex-
ercit9 nostri dißipationẽ gra-
uiter afficeretur, atq; ita reci-
diuus morbus, secundũ me-
dicorum regulam, ipsa radice

longè peior & periculosior es-
set.

Quia igitur ipsa æquitas requirebat, ne declaratio mea eo inscio, ad quẽ hæc res magnopere attinet, in manus hominum veniret: omnib. qui & à natura bene informati, & liberalium disciplinarum studiis ad amabilem morum suauitatem eruditi sunt, considerandum relinquo, an non contra humanitatem peccaturus fuerim, si alieno tempore negotium hoc vrgere voluissem: cum præsertim nulla euidens caussa appareret, quæ maturandæ editionis necessitatem afferre videretur.

Post-

Postquam verò rerum omniũ arbitro, vitæq́; mortalium moderatori Deo ita visum fuit, vt primario Antagonista meo ex hac vita euocato, tandem finis bello, quod continuis decem annis inter nos fuit, imponeretur; si res meo arbitrio stetisset, sicut orthodoxæ doctrinæ vindicationẽ, quæ postremis ipsius duob. scriptis, nempe Admonitioni, & Responsionis alteri parti, si superuixisset, opponenda fuerat, cũ iam-pridẽ cõfecta sit, apud me retineo: ita voluisse etiam contentus esse conscientiæ meæ, & eorum, qui colloquiis interfuerunt, ne ad

uersarijs quidem exceptis, te-
ſtimonio, quòd narratio, quã
illi euulgarunt, non iuſto &
legitimo ordine ac modo in-
ſtituta fuerit, & rem totam
iuſto Dei iudicio commenda-
re. Verùm quæ cauſſæ diuer-
ſum ſuaſerint, paucis, Chri-
ſtiane lector, accipe.

Cum tempore, quod inter
obitum & ſepulturam An-
tagoniſtæ mei intermedium
erat, habenda mihi eſſet ordi-
naria cõcio de infantia Chri-
ſti, inter alia hoc etiam addu-
xi, quòd propter educationis
Matth. 13. v. 55. Marci 6. v. 3. *obſcuritatem à Iudæis non*
modò fabri filius, ſed & faber
appellatus fuerit: quódq; hæc

res

res ad ipſos etiam Ethnicos manarit, vt indicio eſſe poſſit historia commemorans, quòd Libanius, pro principe doctorũ ſui temporis ab aſſeclis ſuis habitus, reuera autem in exagitanda doctrina Chriſtiana virulẽtus ſophiſta, Antiochiæ è quodam Chriſtianæ religioni addicto ludimagiſtro per deriſionem noſtrorum quæſiuerit: Quid faceret fabri filius? quódq; ille repletus diuina gratia reſponderit: Fabricator huius vniuerſitatis, quẽ tu ſophiſta perriſum fabri filium nominaſti, ſandapilam concinnat: quòd deniq; non multis interiectis dieb. nun-

Theodoretus libro 3. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 23.

cius de furioſi Imperatoris Iuliani Apoſtatæ morte, ipſeq; in ſandapila allatus fuerit.

In alia concione declaranda mihi fuerant ſequentia Apoſtoli verba: Quemadmodum Iannes & Iambres reſtiterunt Moſi: ita & hi reſiſtunt veritati: homines mente corrupti, reiectanei circa fidem. Sed non procedēt amplius. Nam amentia iſtorū euidens erit omnibus, vt & illorum fuit. In horū verborū explicatione allegaui Athanaſii de eodē Iuliano Apophthegma, quo ipſum nubeculam citò tranſiturā appellauit, adiecíq; euentum oſtendiſſe, tā

2. Tim. 3. v. 8. 9.

Ruffin. lib. 1. hiſt. Eccleſiaſt. ca. 34.

hoc

hoc Apophthegma, quàm alterum Christiani ludimagistri responsum ex diuino instinctu profectum fuisse.

Hæc cum per exploratores ad mercenarios διὰ περιγωνίσεως perlata essent; illi, applicatione, quam ego, quemadmodum liberè ad omnium auditorum meorum testimonium prouocare audeo, nullam planè institueram, ad herum suũ facta, apud Senatum huius meæ patriæ grauiter questi sunt, admodum inclementẽ heri sui à me pro concione factã fuisse mentionẽ. Etsi autem Iudex, Iuratiq; senatores, expresè illis, qui querelã

de

de me habuerant, dixerunt, se concionibus meis interfuisse, nec tamen tale quid ex me audiuisse: nihilominus tamen posthabito hoc authẽtico testimonio primùm, in concionibus Germanicis dissimulato nomine meo, postea verò in sermonibus in sepulcrali conuiuio habitis etiam expresso: partim talia de me effutiuerunt, quæ in mentem mihi nunquam, venerunt, partim seipsos ineptis suis actionibus cordatis viris si nõ deridendos, certè deplorandos propinarunt.

Nam vt in refellendis iis, quæ per manifestam calu-

mniam

nniã mihi tributa ſunt, cũ
vanitate ſua, perinde atque
aranearũ tela, per ſe tandem
concidant atq; euaneſcant,
nihil immorer: quid tibi, quæ
ſo, Chriſtiane lector, videtur
de tali encomiaſte, qui biduo
ante, quàm funus heri ſui cõ-
celebraretur, in publico œno-
polio bene potus multis in-
ſpectantibus choreas duxit,
poſtea verò in concione fune-
bri non auditores modò, ſed
ipſa etiam ſubſellia & pari-
etes inuitare voluit ad deſlẽ-
dum eum virum, qui aduer-
ſariis ſuis adeò terribilis fue-
rit, vt etiam vmbram eius
reformidarint? An non huic
hiſtrio-

hiſtrionico buccinatori meritò accini poterat illud Satyrici Poetæ? Si vis me flere, dolendum eſt

Primùm ipſi tibi. Item Comici: Sine virtute argutum ciuem habeam mihi pro præfica. Si enim illius cor vero dolore tactum fuiſſet, eo ſaltem tempore, quo exanime eius, quem laudare voluit, corpus inhumatum domi aſſeruabatur, apud ſe valere paſſus fuiſſet vetuſtos canonas, quibus non Eccleſiarum modò miniſtris, ſed & aliis Chriſtianis ſaltationes prohibentur. Verùm qui iam ſaltare, mox ſumta alia perſona lamen-

lamentari poteſt, eo ipſo de-
clarat, ſe egregium eſſe ἀσυμφι-
τὸν, *de quo non iniuria vſur-*
pari poſſit illud Lucilij:

Mercede quæ conductæ flent
alieno in funere præficæ,
Multò & capillos ſcindunt &
clamant magis.

Item Horatij:

Vt qui conducti plorant in fu-
nere, dicunt
Et faciunt propè plura dolen-
tibus ex animo, ſic (mouetur.
Deriſor vero plus laudatore

Quis ergo miretur, ſi ſcenicus
biſtrio, qui tam facili negotio
planè diuerſas perſonas ſibi
ſumere potuit, aliis affingat
terrorem, in eiuſmodi re, ob
quam cur terreantur, cauſ-
ſam nullam habent? Ali-

Alius ad fouendas augendasq; contentiones mercede conductus, cum aliàs egregiè sibi cauisset, inter pocula tãdem pleno ore eructauit, diuturni silentij mei hanc vnicam esse caussam, quòd prodire non audeam. Taceo de alijs, qui patrono suo nõ profusis lacrymis, sed exhaustis vini meracioris poculis ita parentarunt, vt nec manus, nec pedes, nec lingua officiũ facere potuerint: & interea tamen atrocissimis conuiciis absentes proscindendo, egregiè se officio suo perfunctos esse putarunt, ac si non ad Christianam sepulturam, sed

ad

ad peragenda Lindia ſacra conueniſſent.

Acceſsit deniq; & illud, quòd complures præſtantes viri non ex hac tantùm prouincia, ſed etiam è regionib9 exteris poſtquam mutilam illam conſignationem ab aduerſa parte diſſeminatam legiſſent, literis ſuis pleniorem rei geſtæ expoſitionem à me expetiuerunt: quibus ea in re haud difficulter gratificandam eſſe putaui.

Quia igitur editionem tam petitionib. ſuis amici, quàm iniuriis inimici mihi extorſerunt: declarationem iſtam meam, tibi, quisquis eris,

Christiane, candide, & sincere lector, legendam, cognoscendam, dijudicandam exhibeo, dum hoc vnicũ te moneam, si cubi occurrent verba paullò asperiora, primario Antagonistæ meo in faciem dicta, ea nulla alia de causa in hac declaratione, ita vt prolata fuerunt, relicta esse, quàm ne ob illorum qualemcunq; mutationem fides in me iure meritoq; desiderari posset.

Quod reliquum est, Christiane lector, cum omnibus pacem Ierosolymorum iuxtæ Psalmi cohortationem expetentibus, Dominum Deum nostrum & Patrem Domini nostri

nostri Iesu Christi precare, vt eos, qui veritatem agnouerunt, in ea conseruet: à via veritatis aberrantes, adeam, si sanabiles sunt, perducat: si insanabiles, impediat, ne alios secum seducant: corda denique accendat vera charitate, & omnia simul regat ad finem pacis in vnitate Spiritus obtinendum. Bene vale. E Museo nostro. Calend. Februarij. Anno 1597.

Magnifice Domine, Domine & Patrone benignissime, mihiq; omnibus Christianæ pietatis officiis summè obseruande.

Deliberatio, an hæc declaratio ad comitia mittenda esset, nec ne.

AN MAGNIFICENTIAM Tuam, hoc tempore, ista scriptione mea interpellare deberem, non absq; ratione animus meus ancipiti deliberatione aliquandiu distractus fuit. Cum enim Magn. Tuam publicorum negotiorum caussa istic esse cogitarem, metuendum mihi erat, ne pro intempestiuè sedulo haberer, si Magnif. Tuam à curis publicis ad cognoscendas res, quæ priuatæ videri queant, quodammodo auocarem. Contrà Magnif. Tuæ nonnihil interesse putabam, vt, quid interea, dum Magnif. Tua abest, de duobus colloquijs ad eiusdē Magnif. Tuæ mensam habitis factum sit, eidem quàm primùm innotescceret. Tandem cum existimarem, facilè fieri posse, vt Magnif. Tua cognoscendis ijs, quæ scripturus essem, eo tempore, quo publica negotia

gotia tractari non solent, nonnihil studij ac operæ impendat, in posteriore potiùs, quàm priore sententia animus meus conquieuit. Ne igitur Magnif. Tuam diu detineam, eandem certiorem facio, proxima die Iouis, quæ fuit 20. Februarij secundùm vetus Calendarium, cum amicum quendam à me discedentem extra Cœmeterium comitatus fuissem, illic iuuenem quendam Rosnauiensem, nunc in schola pagi Neerensis viuentem, allocutum me esse, mihique nomine M. Alberti Gravveri offerre voluisse scriptum typis editum, de duobus Colloquijs in præsentia Magnif. Tuæ mecum habitis: Verùm id scriptum me accipere noluisse, cum in recenti memoria haberem, Magnif. Tuam in ipsa valedictione voluntatem suam ita declarasse, quòd, si in Magnif. Tuæ absentia quid à nouo illo controuersiarum Magistro ad me mitteretur, id accipere non deberem, allegata hac ratione, quòd hominem illum, quem in manifesto crimine falsi deprehenderit, indignum iudicet, quo cum nouum certamen iniri debeat.

Cur oblatum mihi scriptum accipere noluerim.

Cum autem exempla aliunde nactus essem, eorumq; vnum ad Magnif. Tuam absq; longiore mora mittendum esse aliquot amici suaderent, nolui equidem voluntа-

Cur ista declaratio ad comitia missa fuerit.

luntati eorum repugnare. Sed tamen cum existimarem fieri posse, vt Magnif. Tua scriptum id etiam alijs legendum exhibeat, adijciendam esse putaui circumstantiarum quarundam plenorem declarationem, non tam propter Magnif. Tuam, cui eas probè notas esse scio, quàm propter alios, idque hoc ordine, vt primum exponam, qua occasione, quaque ratione & serie primum colloquium habitum sit, insertis etiam è posteriore colloquio iis, quæ ad prioris declarationem pertinere videntur: Deinde ea persequar, quæ alterius colloquij propria sunt: tandem, quid è scripto ab aduersa parte edito, alijsq; Gregorij Horvvath, aliter Stansit, & complicum eius molitionibus colligi possit, breuiter ostendam; quod dum facio, vt Magnif. Tua se mihi facilem & benignam præbeat, quanto possum studio, etiam atque etiam oro.

Qua occasione prioris colloquii acta summatim consignare coeperim.

Meminit Magnif. Tua, quòd, cum multorum amicorum literas ê diuersis locis accepissem, in quibus ad me perscribebatur, Dn. Gregorium Horvvath, & M. Gravverum passim gloriari, quòd ad Magnif. Tuæ mensam disputando eò me adegerint, vt nullam rimam, per quam elaberer, inuenire potuerim, ealq; literas Ma-

gnif.

gnif. Tuæ legendas dediſſem ; Magn. Tua ſatis ſe declarauerit, præter ſuam voluntatem rem eò peruenisse , vt quæ vnicum Gregorium H. ad prandium inuitari curauerit , cumq; is alios quinq; ,nempe Petrum Turkium , Neerenſis. & Abrahamũ Crucenſis Eccleſiæ paſtores. M. Nicolaũ Erhardum Rectorem, M. Albertum Gravverum profeſſorem controuerſiarum , & Eliam Lanii , alumnum , collegam & Cantorem ſcholæ Neerenſis ſecum adduxiſſet , Magnif. Tua cogitauerit, quòd humanitatis ergò aliter facere non debuerit, quàm vt non modo illis , licet non vocatis , omnem beneuolentiam exhiberet, ſed etiam cum Gregorius H. id magnoperè efflagitaret , me & M. Ioannem Mylium aduocari iuberet.

Gregorius Horvvath ſolus inuitatus alios quinq; ſecũ adduxit, & flagitat, vt inſuper duo aduocentur.

Etſi autem quo tempore famulus , qui me accerſebat , ad me venit, ego iam à menſa ſurrexeram, ideoq; me excuſare poteram: nihilominus tamen, cum ille diceret : Velle Magnif. Tuam , vt ſine mora adueniam , adeſſe enim Gregorium H. cum aliquot Paſtoribus & Magiſtris, nulla interpoſita mora famulum ſubſecutus ſum.

Cum in arcem veniſſem, & Gregoriũ H. eiuſq; comites porrecta dextra ſalutaſſe

Primum, quod in ar ce post salutationem protuli, verbum à Gregorio Hor. cauillo exceptũ.

sem, Mag. Tua, nutu comites Horvvathij mihi demonstrás, ex me quæsiuit, an istos nossem? Ad hanc quæstionem cum respondissem: Noui ex parte; Gregorius H. mox verba mea excipiẽs quærebat ex me, quînam possem quempiam ex parte nosse. Cum autem verba mea sic declarassem, quòd quosdam nouerim, quosdam non item, aliquandiu silentium fuit.

Deinde cum Magnif. Tua me moneret, vt tamen cum hospitibus aliquid colloquerer, cum eo, qui mihi proximus assedit, de priuatis rebus submissa voce familiariter collocutus sum. Postea Magnif. Tua voce aliquantulum clariore ex Mag. Gravvero, quem recens ex Academia VVitebergensi aduenisse intellexerat, quæsiuit, Quis eius Academiæ status esset, Ille verò bonum esse respondit. Dum hæc aguntur, affertur cibus, lauantur manus, dicitur precatio, mensæ accumbitur.

Prioris colloquii primum argumentum Gravvero ab Horvvathio oppositum.

Cum adhuc primi missus in mensa essent, Gregorius Horvvath M. Gravverum in hanc sententiam allocutus est. Tu dixisti, bonum esse statum Academiæ VVitebergensis. Inde sic argumentor:

Quidquid bonum est, non est optimum. Bonum enim quod est, fieri potest melius:

melius: quod melius est, fieri potest optimum.

Status Academiæ VVitebergensis, vt tu dicis, bonus est.

Ergo non est optimus.

[*Hæc, quæ hactenus de prioris colloquii occasione consignaui, cum in posteriore colloquio Gregorio Horvvath & Gravvero apud Magnif. Tuam præsentibus legissem, consignationem illã meam non modò silentio suo comprobârunt, sed etiam Magnif. Tua aliisq; audientibus fassi sunt, rem ita, vt à me consignata fuit, actam fuisse. Tantummodo quia in consignatione mea maior indefinitè posita fuerat (Quod bonum est, non est optimum) voluit Gravverus, vt pro indefinita particula ponerem vniuersalem: Quidquid. Etsi autem indefinitam propositionem hoc modo enunciatam æquipollere vniuersali omnes, qui præcepta Dialectica vel primis labris degustârunt, facilè intelligunt; nihilominus tamen mox inducta particula Quod, alteram vniuersalem, Quidquid, substitui.*]

Occasiõem prioris colloquii; in consignatione mea rectè positã esse, Aduersarii in posteriore colloquio fassi sunt.

Cum in consignatione mea annotassem, quòd ad hanc Grammaticam obiectionem Gravverus Grammaticè respon derit [*quærebar ex me Gravverus in posteriore colloquio, cur eam responsionem non adiecissem. Ad hanc quæstionem cùm respondissem, inde id factum esse, quòd eam ad principale ne-*

Cur responsionem ad Grammaticã obiectionem consignationi meæ non inseruerim.

gotium pertinere non putauerim: hac responsione mea audita Gregorius H. me vlterius legere iussit, atq; ita è prioris colloquii consignatione legi sequens argumentum à Gregorio Hor. Gravvero oppositum, quod tale erat.]

Alterũ argumentum ab Horvvathio Gravvero oppositum de peruersione articulorum fidei per statum Academiæ VVitebergensis, qualis iam est.

Quicunq; status euertit articulos fidei, bonus non est.

Status Academiæ VVitebergensis, qualis nunc est, euertit articulos fidei.

Ergo bonus non est.

[*In huius argumenti consignatione cum in posteriore colloquio Aduersarij nihil desiderarent, perrexi in legendo, & legi sequentia verba.*] Quòd Gravverus postulauerit probari minorem: quòd Gregorius H. μιμησιπαθῶς recensuerit, quomodo per opinionem de Vbiquitate corporis Christi euertantur Articuli fidei de Christi incarnatione, ascensione, reditu ad iudicium: Quòd Gravverus ad eam probationem refellendam aliqua & quidem non pauca protulerit, & contra Horvvathius sermonem eius nonnunquam interruperit, quasi probationem suam vrgere vellet; quòd Gravverus inter alia verba, quibus vsus fuit, etiam fecerit ἀντίθεσιν inter VVitebergenses & eorum aduersarios, quòd illi statuant λόγον incarnatum, hi verò excarnatum: quòd denique ego, qui hactenus ludicram

ludicram istam velitationem cum silentio partim audiueram, partim etiam videram, quia nimirum non defuerint gestus ad agendam huiusmodi fabulam pertinentes, cum postremam excarnati vocem non absque horrore audiuissem, existimauerim me salua conscientia amplius tacere non posse, sed, paucis veniam precatus, dixerim, videri mihi hanc vocem orthodoxæ Ecclesiæ planè inauditam esse, quam si veteres orthodoxi Patres audiuissent, haud dubiè dicturi fuissent: Quis infernus talia eructauit?

Qua occasione de cõtrouersia Vbiquitica ad mensã primùm verba facere cœperim.

[*Hæc cum in posteriore colloquio legissem, interloquebatur Gravverus & contendebat, hoc loco non iustum ordinem à me obseruatum esse, quòd nimirum post multa alia verba inter nos commutata demum mentionem fecerim τοῦ λόγου excarnati. Hoc cum audiuissem, absq; dubio meminit Magnif. Tua, meminerunt & alii, qui interfuerunt, quomodo ipsum compellauerim, vt videlicet, si rationem haberet honoris, si conscientiæ, si salutis animæ suæ, aperte diceret, quod ego verbum ad banc disputationem spectans ad mensam protulerim, priusquam verba eius de λόγῳ excarnato audiuissem. Ad hanc quæstionem cum ille prorsus obmutuisset. scio & hoc meminisse Magnif. Tuam, quòd Horvvathius velut eius patrocinium suscepturus hæc me verbis alle-*

Gravverus in posteriore colloquio consignationis meæ ordinem impugnat, sed sub honore, conscientia, salute animæ compellatus, vt aliũ, qui pro legitimo haberi debeat iudicet, planè obmutescit.

allocutus sit: Si tu millies mihi iurares, ego tamen nihil tibi crederem. Cur ergo hunc ad iuramentum adigere vis? Et quòd ego subiecerim, non facere me id absq; graui iustaq; causa. Quòd nimirum, quia Grayverus ordinem consignationis à me institutæ in dubium vocare velit, officij eius sit, vt alium ordinem, quem pro legitimo habeat, indicet. Quia verò ille non modò nihil proferre potuit, sed etiam dixit: se facilè ferre posse, vt sit ὕστερον πρότερον, hoc est (vt explicationem propter eos, qui Græca non intelligunt, adijciam) vt, quæ posteriore loco dicta sunt, priorem locum obtineant, modò reliqua integrè ponantur, subijciebam ego, non ea memoriæ felicitate me præditum esse, vt hoc mihi sumere velim, quòd singula eius verba consignare potuerim: Horvvathius autem suo & Gravveri nomine dicebat, se de verbis laboraturos non esse, dum modò fundamenta argumentorum & responsorum retineantur. Atq; ita in legenda consignatione priorũ colloquii progressus sum.] Quòd nempe Gravverus quàm primùm verba antea adducta audiuisset, relicto priore Antagonista suo, cum quo Andabatarum more cæcis ictibus pugnauerat, me, quem, quod equidem sciam, nunquam antea viderat, in primo isto congressu adortus sit his verbis: Probabo, vos statuere

λόγον

λόγον excarnatum: Et probationis loco, ſequens argumentum protulerit.

Quicunq; ſtatuit, alicubi eſſe λόγον, vbi non ſit ſimul etiam caro, ille ſtatuit λόγον (ibi, vbi non eſt humana natura) non incarnatum, ſed excarnatum.

Quicunq; dicit, λόγον eſſe vbiq;, carnem τῷ λόγῳ vnitam non item, ille ſtatuit λόγον alicubi eſſe, vbi non ſit ſimul etiam caro.

Ergo, Quicunq; dicit, λόγον eſſe vbiq;, carnem τῷ λόγῳ vnitam non item, ille ſtatuit, λόγον (ibi, vbi non eſt humana natura) non incarnatum, ſed excarnatum.

[*Hoc argumentum cum in poſteriore colloquio Gravverus audiuiſſet, nihil aliud deſiderauit, quàm vt in maiore & concluſione adjicerem clauſulam parenthesi notatam, (vbi non eſt humana natura) quam etſi in primo colloquio eò addita fuiſſe non memineram, mox tamen adieci, eoq; facto lectionem prioris conſignationis continuaui,*] quòd nempe, cum dixiſſem, vult, ipſe verò in ſcripto ſuo & totum ſuum argumentum, & reſpõſiones meas prorſus omittit.

Tertium prioris colloquii argumentum & ex iis, quæ à Grav vvero mihi oppoſita ſunt, primum, nempe de λόγῳ excarnato.

Gravverus in primo argumento mihi oppoſito clauſulam quãdã ſine qua nihilominus argumentũ cõſtare poterat, me adjcere

sem, ad hoc argumentum facilè respon-
deri posse, si modò tempus locusque pate-
rentur, Horvvathius interlocutus sit, &
dixerit, colloquia esse condimenta conui-
uii: quodque ego non quidem omnino
id pernegauerim, sed tamen monuerim,
cogitandum esse, quid cuiuis loco conue-
niat, hoc addito, quòd, si hospes actiuus
hospites passiuos inter sumendum cibum
colloquiis, præsertim de rebus arduis, deti-
nere veller, de eo dici possit, quòd conui-
uas verbis pascere velit: sed neq; passiuos
hospites satis deceat, vt alieno loco & tem-
pore huiusmodi disputationes moue-
ant.

Hic numerari potest quartũ prioris colloquii argumentum, in quo sic colligitur: Colloquia sũt condimenta cõuiuii. Ergo in cõuiuiis de religionis capitibus disputandũ.

(*Hic cum Horvvathius & Gravverus in posteriore colloquio ea, quæ de hospite actiuo & passiuo annotaueram, in dubium vocare vellent, redegi ipsis in memoriam, quòd Magnif. Tua hac occasione ex me quæsiuerit, qui sibi velint voces de hospite actiuo & passiuo, quodq; pro declaratione dixerim, actiuum hospitem esse, qui alios hospitio vel conuiuio excipiat, passiuum, qui excipiatur. Et quia nihil contradicebant, perrexi legendo,*) quòd Gravverus allegauerit dictum Petri, quo iubemur semper parati esse ad respondendum cuilibet petenti rationem eius spei, quæ in nobis est.

Horvvathius & Gravverus cõtuncntur, quòd absque ratione verba mea de hospite actiuo & passiuo in dubium vocârint.

(*Hæc verba cum legissem, interloquebatur*

Gra-

Gravverus, diceba[illegible], non sic se locutum esse, sed ad reddendam fidei rationem, ego verò iniqui, vt afferrentur Biblia, è quibus ostendere volui, me nihil subdole egisse, sed dictum illud ita, vt in Biblijs legitur, confignationi meæ inserere voluisse. Cum autem Gravverus diceret, se in eo dicto non Petri Apostoli, sed sua verba adduxisse, tolerare confignationem meam, quia ita Aduersarius placebat, Petri Apostoli verba, verba, quæ Gravverus pro suis haberi volebat, substitui, & in legendo progressus sum, quòd nimirum pro responsione ad argumentum mihi objectum hoc adduxerim,) Considerandum esse, quæ sit ratio τοῦ λόγου, qui cum sit infinitus, neque partem extra partem habeat, vbicunque est, totus est, atque ita semper manet vnitus suæ carni, etiamsi non statuatur, quòd caro æquè sit vbiq; ut λόγος quodq; Gravverus contra hanc responsionem, quam Bezanam vocabat, hoc potissimùm vrserit, quòd post incarnationem totus Christus non sit absque carne sua.

(*Hæc cum in posteriore colloquio Gravverus audiuisset, injiciebat, se vocem Bezanam non ad hanc responsionem, sed aliò retulisse, quòd nimirũ Beze in colloquio Mompelgartensi admiserit Antecedens, & negauerit Consequens. Sed quia non osten-*

Gravverus pro Petri Apostoli verbis in consignatione mea posita sua substitui vult: potestque hîc numerari quartum prioris colloquii argumentũ, cuius summa est: Semper debemus esse Parati ad reddendam fidei rationem. Ergo in controuersiis de religione disputandũ.

Sextũ argumentũ prioris colloquii de toto Christo

debat Gravverus: vbi id ego fecissem, in instituto meo pergens legi sequentia verba: quibus ad ea, quæ Gravverus de toto Christo dixerat, hanc ἔνστασιν, seu vt vulgò loquuntur, instantiam, dedi:]

Si hæc argumentatio valere deberet,

Totus Christus est vbiq;,

Ad totum Christi pertinet etiam corpus Christi,

Ergo corpus Christi est vbiq;:

admittendam esse etiam sequens argumentum:

Totus Christus est passus & mortuus,

Ad totum Christum pertinet eius diuinitas, seu diuina natura.

Ergo Diuinitas seu diuina natura est passa & mortua.

Enthymema, quo Gravverus eludere voluit responsionem meam, qua ipsius argumentum ad absurdum deduxerã: Estq; [Enthymema hoc] rioris colloquii argumentũ in ordine septimum.

Quòd item Gravverus responderit, suum argumentum agere de præsentia (atq; ita de actione) meum verò de passione. Non posse itaque alterum ex altero consequi.

[Hæc cum legissem, quo ad argumenta Gravverus nihil contradixit, sed tantùm negabat, se vsurpasse verba illa (atq; ita de actione) ideoq; ea, ne quid desideraret, mox deleui. Addebat etiam, se in responsione alia plura adduxisse. Itaq; me offerebam, quòd ea, si ad negotii

funda-

fundamenta pertineant, adiicere velim, dum modò ea mihi repetendo suggerat. Cum autem id facere recusaret, è priore consignatione legi sequentia mea verba:] Sicut vbiq; esse est proprietas diuinæ, sic pati & mori est proprietas humanæ naturæ. Quando itaque hæ proprietates permutantur, hoc tantùm fit in concreto, vt nimirum proprietas alterius naturæ conueniens tribuatur personæ in concreto, etiamsi concretum id ab altera natura denominationem habeat. E contrario autem, si humanæ naturæ in abstracto tribui possent essentiales proprietates diuinæ naturæ, etiam humanæ proprietates, vt pati & mori, diuinæ naturæ tribuendæ essent. Sequebatur, quòd Grauuerus responsionis loco dixerit: Hæc valere in primo genere communicationis idiomatum, in tertio non item, in quo Damascenus, propter inhabitantem in carne τὸν λέγον, statuat περιχώρησιν: quodq; ego subiecerim, vtinam rectè intelligeretur, quæ sit Damasceni sententia de περιχωρήσει, facilè hinc animaduerteretur, quòd nihil faci

Videri potest Damascenus lib. 3. Orthod. fidei cap. 3. vbi coniungit περιχώρησιν & ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν.

C

at ad istem eiusdem lib. ca. 7. vbi Damasc. sententiã suam de περιχωρήσει declarat similitudine Solis tradentis nobis suas ἐνεργείας, quod ipsum de Christo carni suæ tradente ἀντιδόσεως suæ libenter admittitur. Sed aliud est loqui de transfusione proprietatum Deitatis essentialium in carnem et

at ad asserendam Vbiquitatem Corporis CHristi.

[*His lectis Grauuerus in posteriore colloquio negabat, se Damasceni sententiam ita nudè adduxisse, sed hoc etiam adiecisse, Damascenum statuere* περιχώρησιν *hoc discrimine, quòd* λόγος, *vt persona assumens, humanæ naturæ tribuat diuinas suas proprietates, non autem contrà humana natura infirmitates suas tribuat* λόγῳ *assumenti.*

Prioris colloquii argumentum octauum de loco ab Horvvath Gravvero oppositum à quo Gravverus poëtarum fabulas scribentium more narrationem suam ordiretur

Quòminùs autem in priori colloquio de sententia Damasceni pleniùs agere potuerim, ipse Gravverus in posteriore colloquio non obscurè ostendit, cum diceret: Gregorium Horvvath, ac si prius suum argumentum vrgere vellet hoc adduxisse, quòd nisi corpus Christi statuatur esse in loco, eius veritas tollatur, quoniam omne corpus sit in loco; quodq; Gravverus contrà ostenderit, locum tantùm secundùm quid esse accidens corporis, ideóq; non requiri ad substantiam corporis, quatenus corpus est. Ita enim dicendum esset, quòd omne corpus sit in loco, quod tamen non sit, cum cœlum corpus sit, & tamen ex sententia Aristotelis non sit in loco. Quin & hoc in posteriore colloquio Gravvero mihi in mentem reuocauit, quòd, cum ipsi non mecum, sed cũ Horvvathio de loco & cœlo res esset, ego nihilominus interlocutus sim, quærendo quæ sit ἀναλογία

inter

inter cœlum & corpus Christi? Quæ ipsa verba ad priorem consignationem libentissime adieci, quòd ostenderem, qua occasione ad mentionẽ articuli de Ascensione Christi peruẽerimus, quòd nimirum alia sit ratio cœli, alia corporis Christi, quòd ipsum ad cœlos ascẽdisse, in symbolo Apostol. è præscripto verbi diuini vos credere fatemur.]

Sequitur in priore consignatione dixisse Gravverum, Quis sit verus sensus huius articuli, declarare id Apostolum affirmantem, quòd Christus ascenderit supra omnes cœlos, item Angelos, qui post Christi ascensionem Apostolis apparuerunt, Hic Iesus veniet, quemadmodum vidistis eum ascendẽtem in cœlum. Ergo Quemadmodum visibiliter ascendit, ita quod attinet ad existendi modum visibilem & localem, dicebat Gravverus, admittere se, corpus Christi non esse in terris, sed in cœlis, item manere circumscriptum proprijs suis terminis, etiamsi ab ambiente loco non contineatur; Alium verò esse respectum, quatenus humanitas est vnita τῷ λόγῳ, seu quatenus, vt loquitur Athanasius, homo assumptus est in Deum. Ad hæc priusquã responderẽ, magna cum vocis contẽtione Grauuerus à me exigebat, vt simpliciter vel affirmatiuè vel negatiuè responderem.

Materia noni argumenti prioris colloquii, in quo de articulis Ascensionis & Incarnatiõis cõiunctim agitur.

An homo sit assumptus in Deum localiter vel illocaliter. At ego cum facilè animaduerterem, quorsum ille tenderet, vt mirum huiusmodi captiosarum quæstionum tendiculis me implicaret, nolui ad ipsius placitum respondere, sed ab eo postulaui, vt priùs mihi probaret, hoc consequi, quòd humana natura, quæ vnita est τῷ λόγῳ, qui est illocalis & vbiq;, propterea ipsa quoq; facta sit illocalis & sit vbiq;. Hoc enim si valere deberet, eodem modo dicendum esset, quòd humãa natura vnita τῷ λόγῳ, qui est infinitus, etiam facta sit infinita, quod ipse Gravverus dicere non audeat, vt qui fassus sit, eam proprijs suis terminis circumscribi, quandoquidem, quod tribus dimensionibus, longitudine, latitudine & profunditate [*quas dimensionis species; cum propter innatam loquendi difficultatem minùs celeriter enumerarem, ipse Horvvathius in priori colloquio linguæ meæ tarditatem suæ velocitate velut subleuans recitebat*] quod, inquam, tribus dimensionibus circumscribitur atq; ita definitur, infinitum dici non possit. ☞ Ad hæc cũ Gravverus mihi respondere deberet, quærebat ex me, an existimarem, si corpus Christi statuatur omnipræsens, statui simul infinitum? Ad

☞ Gravverus cum ostendere deberet, cur nõ æquè hoc sequatur, quòd caro vnita τῷ λόγῳ, qui est infinitus, facta sit infinita, quàm cum dicitur, quòd caro vnita τῷ λόγῳ, qui est illocalis, facta sit illocalis, per

hanc

hanc quæstionẽ affirmatiuẽ respondi; hoc addito, quòd, esse omnipræsentẽ seu vbiq;, & esse infinitum, sint relata. Quia nimirum quod vbique est, etiam est infinitum.

Sophisticũ Elenchum pluriũ interrogationũ à scopo digreditur

[*Hîc in posteriore colloquio inijciebat Graverus, omissum esse argumentum, quo hoc loco vsus esset. Ego verò, etsi fundamenta consignationi meæ inserueram, offerebam tamen me, quòd etiam ad verbum, si ita ipsis placeat, adjcere velim. Cum itaq; argumentum repeteret, id-ipsum celeriùs quidem proferebat, quàm vt ad mensam singula verba priori consignationi adscribere possem, sed nihilominus certis quibusdam notis summam mihi delineavi, & domum reuersus reliquis adscripsi in hunc modum:*

Decimum prioris colloquij argumentũ, cuius materiam in prima delineatione nea sumematim annotauerã, postea verò, quia Aduersarii integrè ponendum fuisse contenderunt, etiam ea in re voluntati ipsorum morem gessi.

Vnum relatiuum non potest esse alterum, vt pater, quatenus est pater, non potest esse filius.

Atqui omnipræsens & infinitum ex tua sententia sunt relata.

Ergo vnum non potest esse alterum, & per consequens, quod est infinitum, non potest esse omnipræsens, & vice versa.

Ad hoc argumentum Graverus dicebat me nihil respondisse: At ego in mentem ipsi reuocabam, & ipse quoq; fatebatur, dixisse me, non esse eandem omnium relatorum rationem, id quod

vel ex eo appareat, quòd amicus sit alterius amicus, & tamen inter amicos communis quædam amicitia sit. Quia etiam in consignatione adieceram, me vocabulum relatorum in lata significatione vsurpasse, propter mutuam affectionem, quam ista duo inter se habeant, dicebat Gravverus, id me feciſſe exemplo Bezæ, qui ad ea, de quibus in colloquio Mompelgartensi respondere non potuerit, domi postea responderit. Ego verò dicebam, ex consignatione mea satis apparere, nihil aliud mihi propositum fuisse, quàm, vt quo sensu ea dixerim, declararem. Non enim scripseram, quòd verba illa in colloquio dixerim, sed ostenderam, quemodo verba de relatis vsurpauerim, seu quomodo ea ex mente mea accipienda sint.)

Sequitur iam ex priore consignatione, quòd Gravverus verba mea cum risu exceperit ac dixerit, Hoc nihil ad Rhombum. Cumq; ego dixissem: non scõmatis, sed rationibꝰ agendum esse, volebat quidẽ Gravverus hæc sua verba hoc modo defẽdere, quòd in disputationibus sint vsitata: Ipse tamẽ Horvvathiꝰ mõebat, talia relinquenda esse: hoc nominatim addito, quòd in publica disputatione ab huiusmodi verborum asperitate planè abstinendum sit.

Atq; ita Gravverus denuò ex me quærebat, quo tamen fundãento niteretur mea illa

illa assertio, quòd humana natura, si statuatur esse vbiq; , simul etiam statuenda sit infinita Ego verò, quòd viderem, id pertinere ad principalem scopum, à quo nonnihil recessum fuerat, præter antea adducta hoc allegaui, quòd, propter simplicitatem essentiæ diuinæ, attributorum Deitatis essentialium ea sit ratio, vt cuicunq; vnum attribuatur, eidẽ etiam reliqua attribui necesse sit: vnde & hoc secuturũ sit, quòd humãa Christi natura, si dicatur omnipræsẽs, etiam dicenda sit infinita, imõ & æterna.

Vndecimũ prioris colloquii argumentum à simplicitate essentiæ diuinæ ductum.

Ad hæc Grauuerus respondit, secundũ Augustini in libris de ciuitate Dei sententiam, quam etiam Philippus in examine sequatur, ita distingui attributa Dei, vt vel ad intra, vel ad extra considerentur. Et ad intra quidem esse indistincta, cum sint ipsissima essentia Dei: Ad extra autem respectu creaturarum ea distingui, cum Deus pios non saluet sua justicia, sed misericordia; & impios damnet non sua misericordia, sed iustitia.

Gravverus tanquam Augustini & Philippi verba allegat, quod neuter eorum vnquam scripsit.

Cum Augustinum & Philippum Gravverus nominasset, volui mox vtriusq; libros afferendos curare, vt in ijs Gravverus sententiam illam, itavt citauerat, monstraret. Sed Gregorio H. id permittere nolebat, Gravverumq; monebat, vt relicta hominũ

auctoritate, rationibus, vt priùs feciſſet, mecum ageret. Quia igitur, quod volui, impetrare non potui, & Gravverum & reliquos, qui menſæ aſſidebant, monui, vt diligenter conſiderarent geminam eiuſdem regulæ Auguſtini corruptelam.

Oſtenſio geminæ corruptelæ in allegatione verborum Auguſtini & Philippi.

Primùm enim oſtendi, id quod Auguſtinus DE OPERIBVS TRINITATIS pronunciauit, id ipſum Gravverum ad ATTRIBVTA SEV PROPRIETATES DEITATIS accommodare.

Deinde Auguſtini regulam eſſe, quòd OPERA TRINITATIS AD INTRA SINT DIVISA, OPERA VERO AD EXTRA SINT INDIVISA: Gravverum contra, ATTRIBVTA AD INTRA facere INDISTINCTA, AD EXTRA verò DISTINCTA.

Hîc ad omnium, qui interfuerunt, teſtimonia prouoco, an Gravverus vnico verbo probare potuerit, vel ſaltem probare tentárit ſe ſentẽtiam Auguſtini bona & integra fide adduxiſſe, an nõ potiùs omnia, quę de diuerſitate verborũ ipſius & regulæ Auguſtini in medium attuleram, prorſus intacta reliquerit, & tantùm ex meis verbis

bis

bis hoc ratiocinando colligere voluerit, si opera sunt distincta, etiam attributa esse distincta, cum ex attributis tanquam causis opera tanquam effectus proueniant.

Ad hanc ratiocinationem non difficile mihi fuisset respondere, ostendendo, quæ opera Trinitatis sint distincta, seu, vt Augustini regula habet, diuisa, & contrà, quæ opera maneant indiuisa Sed cum viderem, magis esse contentionem (vt Ambrosius alicubi loquitur) de disputationis argutiis, quàm de examine veritatis, malui postrema voce aduersarijs relicta, hîc pedem figere, vbi demonstraui, Gravverum sub Augustini & Philippi nomine ea allegasse, quæ Augustini & Philippi nunquam fuerunt, quàm sine vllo fructu longiùs disputando progredi.

In libro de Incarnationis Domini Sacramento, cap. 9.

[*In posteriore colloquio Gravverus libenter negasset, se, quod de distinctione attributorum Deitatis ab intra & extra dixerat, tanquam Augustini verba allegasse. Sed cum non ego tantùm eum vrgerem, sed etiam Magnif. Tua diceret, quòd negare non posset, se Augustinum & Philippum adduxisse, subjiciebat, me fundamentum solutionis & allegationis suæ non percepisse. An autem iustam hoc dicendi caussam habuerit, suo loco patebit.*]

Hacusque prioris colloquij consignatio in posteriore dicta est.

Iam verò, postquam & ea, quæ de priore colloquio, quantum memoria tenere potui, consignaueram, & quæ de ijsdem materijs in altero colloquio ex ipsorum Aduersariorum subiectione, velut παραλειπόμενα, adiecceram, compendij rationem habens coniunctim persecutus sum, accedo ad ea, quæ vtriusque colloquij propria fuerunt.

Prioris colloquii argumentum duodecimum Gravvero ab Horvvathio oppositum de successione ordinaria.

In priore enim colloquio, cum Gravverus & ego à disputatione, quam hactenus habueramus, interquieuissemus, Horvvathius tamen quiescere non potuit, sed Gravvero, dum adhuc cibi in mẽsa essent, opposuit argumenta, quibus Pontificij à perpetua Episcoporum successione probare conantur, se, non autem repurgatæ doctrinæ addictos, veram Ecclesiam esse. Ad ea quàm aptè Gravverus, responderit, aliis judicandum relinquo.

Argumentum decimum tertium de theoria & praxi.

Postquam mappa remota esset, aduenisset quoq; M. Mylius, qui primò per valetudinem, qua tum non optima vtebatur, se excusauerat, secũdò per famulũ Magnif. Tuæ vocatus, Horvvathius dicebat, Grauuerum ea die orationem habuisse, in qua probare voluerit, theoriam praxi præstantiorem esse, sibi verò contrarium videri, ideòq; se ea de re cum ipso disputare velle, quod

quod cum Gravverus non abnueret, Horvvathius sic argumentabatur:

Actio in cogitatione immanens deterior est ea, quæ in effectum producitur.

Theoria habet actionem immanentẽ.

Ergo deterior est praxi.

In hoc argumento cum Gravverus minoris probationem requireret, Horvvathius inter alia adducebat exemplum sutoris, qui non cogitãdo, sed manus admouendo calceum è corio conficiat. De hac ipsorum velitatione quid Magnif. Tua sentiret, haud obscurè ostendit, cũ oratiõe ad M. Mylium conuersa diceret: Quid agunt isti homines? ludũt? Hanc Magnif. Tuæ de illis sententiam, quæ in eodem consessu subsecutæ sunt actiones magis declararũt. Cum enim Horvvathius M. Myl. compellasset, quæ tamẽ eius esset sententia de disputatione illa, ipseq; respondisset: Nõ suũ esse, ipsorum componere lites: Horvvathiq; ad Magnif. Tuam de Grawero dicebat, esse ipsum hæreticũ in Philosophia, vt qui dicat Mundum esse æternum, Grawerus autem Horwathij verba excipiens, non se, sed Aristotelem id dicere aiebat, idq; tam firmis rationibus probare, vt eæ nullis rationibus è Philosophia sumtis refutari possint. Nominatim proferebat sequens argumentũ.

Si

Si mundus non est æternus, Deus vel non potuit, vel non voluit eum condere.

Si non potuit, fuit aliquando impotens: si nonvoluit, fuit inuidus. Quia enim mundum esse bonum est, eatenus DEVS fuerit inuidus, qui id, quod bonum est, non citiùs in effectum produxerit.

Ergo, &c.

Quia autem neque à me, neque à M. Mylio postulatum fuit, vt responderemus, fuimus tantùm auditores. Interea quidam è comitibus Gregorij Horuuath, & quidem professione Theologus, ne in hac fabula planè esset muta persona, è penu scientiæ suæ hoc proferebat, etiam è sacra scriptura mundi æternitatem probari posse. Quia tempus demum cœperit, postquam cœlum & terra iam essent condita. Tunc demum enim Moysen dicere: Et factum est vespere & mane dies vnus. Ad hanc ratiociationem cum Grauuerus respondendi partes sibi vltrò sumsisset, non ostendit, quomodo ex allegato dicto mundi æternitas non sequatur, sed tantùm opposuit aliud sacræ Scripturæ testimonium, in quo dicitur, Nos electos esse antequam fundamenta mundi iacerentut. Cum autem opponens per fundamenta mundi diceret intelligi posse potentes, Item Magistratus

Argumentum decimum quartum nullis nominatim oppositum de mundi æternitate, de quo quid sentiendum sit, è postremo capite alterius Epistolæ Petri Apostoli clarissimè videri potest.

Argumentum decimum quintum è penu Theologiæ Horvvathianæ prolatum de mundi æternitate, Abrahami Pastoris Ecclesiæ Crucenæ

stratus & Principes, camq́, interpretationem Horuuathius sibi quoque placere ostenderet, hac addita ratione; quòd mundum, nisi à Magistratibus & Principibus tanquam fulcris quibusdam sustineretur, collabi necesse esset, Grauuerus & opponẽtẽ & opponentis partes tuentem Horuuathiũ deridens, Qualis, aiebat, esset hæc locutio, Antequam fundamenta, id est, Principes mundi jacerentur?

Decimum sextum argumentum de mundorum pluralitate, M. Nicolai Erhardi, Rectoris Neerensis.

Accessit velut Coronidis loco & hoc, quòd alius quidam è Gregorij Horuuathij comitibus ex eadem scriptura sacra plures esse mundos probare voluit, allegata hac sententia: Nonnè decem mundi facti sunt? Eam ipsam quoq; citationẽ Grauuerus ridendo excipiens, Nouem autem, dicebat, vbi?

In valedictione Grauuerus ad disputationem, quam breui in Neerensi schola habiturus esset, me inuitabat. Ego verò, quòd me tempus meliùs collocare posse scirem nihil promisi. Gregorius Horuuath cum Magnif. Tuæ pro amica tractatione gratias ageret, si quid à se vel comitibus suis in cuiusquam offensionem commissum esset, eius rei sibi veniam dari petiuit; Atque sic discessum est.

Et de

Ad posteri us collo/ quium æ/ què vt ad prius præ/ ter animi instituti me deue/ nisse.

Et de priore quidē colloquio hactenus. Iam de ijs,quæ posterioris colloquij propria sunt,nonnihil agendū est. Priusquam verò ad ea accedam,& Magnif. Tuæ,& omnibus,qui ista lecturi sunt,hæc considerāda propono,quòd proximo ante colloquium triduo,aduersa valetudine lecto affixus fuerim,quòd ea ipsa , qua colloquium habitum est,die,vt facilè animaduerti potuit,ægrè difficultérq; progredi cœperim, cum me vocationis meæ necessitas velut extrusisset ad habendas ex veteri huius Ecclesiæ instituto duas conciones,alterā ante noui Iudicis electionem, alterā post electi inaugurationem, quòd finitis conciōibus literas ad aliquot amicos scripserim, quòd deniq; Magnif. Tua non cōtenta eo,quòd iam antea,cum adhuc decumberem, mihi nūciauerat,vt simulatq; prorepere possem, Magnif. Tua mecum conuenirem,bis me per famulum aduocandum curauerit,non ad habendum cum Aduersarijs colloquium,sed partim ad prandiū,partim,vt Magnif. Tua mecum ageret de scribendis in diuersa loca literis filij Magnif. tuæ in exteris regionibus viuentis studia attinentibus:quodq; famulus,cum secundò me vocaret,non tantum temporis mihi reliquerit, vt literas scriptas obsignarem, quòd reliquos hospi-

tes

tes jam ad mensam consedisse diceret, vnde factum est, vt pleræq; literæ in arce mihi obsignandæ fuerint, quę omnia indicio esse possunt, in quam varias cogitationes animus meus tunc distractus fuerit.

Cum ergo aduenissem, vidi inter alios conuiuas ad mensam sedere etiam Horwathium & Grawerum. Non multò post quàm consedissem, Gravverus è studioso Heidelbergensi, qui cum promotore studiorum suorum Dn. Casparo Tribelio à Magnif. Tua vocatus fuerat, quærit, an adhuc viuat Pareus. Affirmante id studioso, Gravverus quærere pergit, an expectet responsionem Doctoris Hunnij. Studioso ad hanc quoque quæstionem affirmatiuè respondente, subjiciebat Gravverus, Sat solidam habebit: Et citiùs respondisset, nisi & pluribus negotijs fuisset impeditus, & plures aduersus illum scripsissent. Scripsit enim aduersus eum Pistorius, Huberus, Pareus, &c. Ad hæc cum studiosus dixisset, Non ex multitudine scribentium aduersus illum iudicandum esse, sed ex ipsarum rerum, de quibus scribitur, grauitate: adiecissetque, existimare se, vnicum Pareum Hunnio sustinere posse, subjiciebat Gravverus, se id vix credere, veruntamen nihil se hac de re dicere velle,

Gravverus in posteriore colloquio nemine vllam disputandi occasionem præbente, vltrò occasionem quæsiit.

sed

sed hoc vnum mirari, quòd Caluinus ipsum Paulum reprehendat, quando ipsi nimis subtilem deflexionem dictorum è Prophetis tribuit.

Hîc Magnif Tua interloquebatur dicebatq;, existimare se, Caluino fieri injuriam quia nimirum meminisse poterat, quòd ante aliquot menses Horuuathius monstauerit verba quædam ita citata, ac si Caluini essent, quodq;, cum Caluini liber inspectus esset, apparuerit, eam sententiam, quam Caluinus, vt perperam argutam, rejicit, ipsi attributam fuisse.

Postquam Magnif. Tua sententiam suam protulisset, subieci ego: Quòd, si quis, salua aliorum sententia, eam, quam ipse pro commodissima & verbo Dei conuenientissima habeat, in medium proferat, non propterea mox impietatis sit condemnandus.

Hæc ego, vt facilè quiuis videre potest, non certæ alicuius personæ seu individui patrocinium suscipiens, sed in genere loquens, cum vix prolocutus fuissem, Grauuerus mox sic contra me argumentari cœpit:

Primum posterioris colloquii argumentum.

Quicunque subtilem deflexionem tribuit Apostolo Paulo in declarandis Prophetarum sententiis, ille corrigit ipsum Spiritum

Spiritum Sanctum, qui per Paulum est locutus.

Sed Caluinus tribuit Apostolo Paulo subtilem deflexionem in declarandis Prophetarum sententijs.

Ergo Caluinus corrigit ipsum Spiritum Sanctum.

Hîc, quid faciendum mihi esset, aliquantulum ambigebam. Si enim tacerem, cogitabam, aduersarios denuo gloriaturos esse, quòd primo argumento mihi oppositio me ad silentium adegerint. Sin autem responderem, neq; id absq; aduersariorum calumnia abiturum esse facilè prævidebã. Tandem cum non admodum longam moram huic deliberationi impendissem, respondendum esse duxi. Et quia memineram, me simile quid in Caluino aliquando legisse, neq; tamen singulorum verborum recordari poteram, responsionis loco dixi, in argumento mihi oppositio admitti fallaciam à dicto secundùm quid. Caluinum enim non simpliciter id tribuere Paulo Apostolo, sed secundùm quid, ostendendo nimirum, verba secundùm literam aliter sonare in Hebræo textu, aliter à Paulo adduci, & ita diuersimode intelligi posse.

Hanc responsionem meam Gravve-

rus vellicare pergebat sequente argumento:

Alterum posterioris colloquii argumentum.

Qui secundùm quid tribuit Paulo subtilem deflexionem, is secundùm quid corrigit Spiritum Sanctum.

Sed illud facit Caluinus. Ergo secundùm quid corrigit Spiritum Sanctum.

Respondi, non mox corrigi Spiritum Sanctum, si ostẽdatur, quomodo idem locus aliter secundùm literalem sensum, aliter quò ad Anagogen intelligi possit. Adijciebam & hoc, me id mihi sumere nolle, vt omnium, quę Caluinus scripsit, rationẽ reddam. Tunc interloquebatur Magnif. tua, dicebatq;, Neq; id fieri debere, cum fides nostra non hominum autoritate, sed verbo Dei niti debeat. Atq; ita aliquandiu silentium fuit.

Cur prius colloquiũ consignaverim, & eius alio quot exempla describi curaverim.

Non multò post alloquitur me Horvvathius, dicitque, se intellexisse, quòd colloquium prius habitum descripserim, & in schola publicè dictari curauerim, ideóque postulare, vt sibi quoq; eius descriptionis exemplum dem. Respondi: Quòd colloquium descripserim, me fateri: quòd autem ea descriptio publicè in Schola dictata sit, pernegare. Dedisse enim me descriptionem illam Collegæ scholastico, vt eam in suo

museo

museo aliquot studiosis dictaret, qui ex-
xempla pro me ipso describerent. Inter-
loquebatur Horvvathius, pro me vnum e-
xemplum sufficere potuisse, neq; opus fu-
isse, vt plura describerentur. Dixi itaque,
eius rei hanc me habuisse rationem, quòd
literas acceperim è diuersis locis, quibus
ad me perscriptum fuit, passim gloriatos
esse aduersarios meos, quòd in priori illo
colloquio insignem de me victoriã retule-
rint, ideóque mea nonnihil retulisse, vt in
promtu haberem aliquot exempla, quæ si
res exigeret, cum amicis communicare
possem. Postea Horuuathius & Gravverus
postulationem suam de dando sibi con-
signationis meæ exemplo repetebant.
Ego verò, qui ab amico quodam jam erã
præmonitus, hoc ipsis propositum fu-
isse, vt gloriationem suam de me, si ad-
uersarijs credere fas est, victo, typis descri-
ptam longè lateq; vulgarent, & nomina-
tim Grauuerum ex eo famam sibi aucu-
pari velle, quod cum nondum integrum
mensem in hac regione fuisset, tam se
strenuum propugnatorem opinionum
Vbiquisticarum præstitisset, ne ipsemet
materiam suppeditasse videri possem,
consignationis meæ exemplum ipsis
neque dare, neque promittere volui,

Cur aduer-
sarijs con-
signatiõis
meæ copiã
facere no-
luerim.

cum præsertim ex ipsius etiam Horvvathij verbis intellexissem, Gravverum partem aliquam scripti sui jam confeciſſe.

Promissio de legenda presentib⁹ aduersarijs prioris colloquii consignationes, cui promissiõi postea satisfactum est.

Tandem cum illi postulationem suam sæpiùs vrgendo non mihi tantùm, sed & Magnif. Tuæ molesti essent, hoc me facturum promisi, quòd finito prandio ad mensam Magnif. Tuæ ipsis præsentibus consignationem meam legere velim, ita vt ad manus habeam calamum & atramentum. Velle enim me in ipsorum conspectu quidquid mutatione opus habeat, mutare & corrigere.

In hac promissione mea cum acquieuissent, paulò post Horvvathius suo & Gravveri nomine negabat se de me victo glotiatos esse. Gravverus autem, quod Horvvathius verbis negauerat, ipso facto affirmauit, fatendo, dixisse se, quòd ad argumẽtum à verbis meis, quibus esse omnipræsentem & infinitum relata vocaueram, formatum respondere non potuerim, ideóq; postulare, vt jam respondeam.

Repetitio decimi argumenti prioris colloquii, cui tertius locus inter posterioris colloquii argumenta competit.

Ego ad hæc, ipsum, si de me dicat, quòd ad argumentum id prorsus nihil responderim, iniuriam mihi facere. Debere enim eum meminisse, dixisse me, nõ eandem

dem esse relatorum rationẽ, idq; declarasse exemplo amici, vbi amicus alterius sit amicus, & tamen inter vtrunq; communis sit amicitia.

Gravverus cum gesticulationibus in orbe se parùm proficere videret, ex Aristotele, nõ Philippo, se disputaturum iactat.

Hîc Gravverus arreptis duobus putaminibus gesticulationes quasdam in orbe exercebat, vt gestibus exprimeret, quod verbis non posset. Eas gesticulationes, cum quidam è conuiuis, vt ineptas, riderent; ea ipsa re fortasse irritatus, vultu ad me conuerso, disputabo, aiebat, tecum, non ex Philippo, sed ex Aristotele.

Hoc audito interloquebatur Magnif. Tua, monabatq; ipsum, quòd ramen Philippum contemnere non debeat. Fosse enim Philippum adhuc ipsius, Gravveri nempe, Præceptorem esse. Neq; etiam fidem nostram ad Aristotelem alligari debere.

Gravverus contrà: Equidem Philippum non contemno, sed tamen præfero ipsi Aristotelem, qui est Deus Philosophorum. Addebat & hoc, se nouem iam annos Philosophiæ operam dedisse. Hæc verba ego excipiens, dicebam, me tale quid de me jactare nec posse nec velle. Non enim me esse Professorem Philosophiæ, sed ministrum Ecclesiæ, ideóque satis mihi esse,

si munus meum in docendo verbo diuino rectè administrare possim, etiamsi pro adeò perfecto logico non habear.

Quartum posteriorris colloquij argumentum (quod Gramuerus in scripto suo praeter omnem rei gestæ fidem ita ponit, ac si fuisset primum quod in priore colloquio mihi oppo suerit) qua occasione ab ipso fuerit prolatum. De argumentis quæ d Theophrasteis ἀπὸ τῶν μεταθέσεως, ab Aristot. ἀόριστα

Grauuerus contrà, immò, inquiebat, hoc tibi sumere voluisti, cum argumentum quoddam Generosi Domini Gregorij Horuuath reprehendere voluisti, quasi id constaret ex puris negatiuis, quod tamen non ita se habere, probabo simili argumento:

Quidquid subsistit in non loco, illud eatenus subsistit extra locum.

Corpus Christi subsistit in non loco. Quia λόγῳ, in quo corpus subsistit, non est locus.

Ergo corpus Christi eatenus subsistit extra locum.

Ego verò, considerandum esse monebam, quomodo Aristoteles huiusmodi argumentationes appellet, indeque facilè colligi posse, quid de illis sit statuendum.

Gravverus contrà, idem quod antea dixerat, diuersa verborum forma repetebat, sic argumentando:

Quodcunq; vocantur, in vindicatiõe orthodoxæ doctrinæ contra secundam partem responsiõis Horvvathii agitur

Quodcunq; subsistit in illocali, illud etiam est illocale.

Sed corpus Christi subsistit in illocali, videlicet in λόγῳ.

Ergo etiam corpus CHRISTI est illocale.

Quintum posterioris colloquii argumentum eiusdem cum præcedente sententiæ mutatis dūtaxat verbis.

Ego pro responsione hoc argumentum afferebam:

Quicquid subsistit in Spiritu, est Spiritus.

Corpus CHRISTI subsistit in Spiritu, nempe in λόγῳ, qui est Spiritus.

Ergo corpus CHRISTI est Spiritus.

Gravverus, Tuum, inquiebat, argumentum agit de essentia, meum de existētia. Non est itaq; par vtriusq; consequentiæ ratio.

Subjiciebam: Etiam de hoc suo tempore responderi poterit. Horvvathius, id &, dicebat, fiet ad Calendas Græcas. Cum tu enim respondebis, ego jam ero mortuus. Et tamen, aiebam ego, veritas manebit. Commonefaciebam etiam ipsum, cōuenisse inter nos, vt priùs & ipse reliquas partes responsionis suæ ad Antithesin, & ego Defensiones meas in lucem proferam, & tandem, si ita è re Ecclesiæ fore vi-

debitur, colloquio istis scriptionibus finis imponatur. Hîc cum nonnihil tergiuersaretur Horvvathius, demonstraui ipsi locũ in eodem hypocausto, vbi ea de re inter nos conuenerat. Addebam & hoc, si disputatio habenda sit, ad eam Gravverum priùs admittendum non esse, quàm probet se in priori colloquio Augustini verba bona & integra fide adduxisse. Id enim donec faciat, me pro falsario ipsum habere & habiturum esse.

Sextum posterioris colloquii argumentum, de citat õe verborum Iacobi Andreæ.

Hîc Gravverus repetebat, quod supra jam positum est, me verba sua non satis percepisse. Ego verò & percepisse me ipsius mentem, & respondisse ostendi. Illic contrà, mihi quoq; rationem reddendam esse dicebat, de mutilata citatione verborum Iacobi Andreæ, quòd Christus in die Ascensionis ne ad latum quidem vnguem à terris discesserit. Omisisse enim me sequẽtia verba, vt ad Patrem veniret, in quibus neruus sententiæ Iacobi Andreæ cõsistat. Ego quia probè meminerã, me & in Antitheſi verba illa integrè citasse, & in Defensione lectorem ad locum illum remisisse, dicebam, non satis esse, vt hoc affirmet, sed etiam requiri, vt accusationem suam probet. Addebam & hoc, in scriptis assertorum Vbiquitatis non obscurè animad-

maduerti posse spiritum vertiginis in eo, quòd in multis sibi mutuò contradicant.

Septimum argumentũ de Antilogia, quam Gravverus D. Pezelio & Vrsino tribuit.

Gravverus & hîc non tam suam partem defendebat, quàm aduersam eodem nomine accusabat, allegando antilogiam inter D Pezelium & Vrsinum, quorum hic in Maulbrunnensi Colloquio admiserit, datam esse omnipotentiam humanæ naturæ; Ille in obiectionibus suis neget.

Videri potest prima pars obiectionum è scriptis Philippicis à D. Pezelio collectarũ, in titulo de humana Christi natura, argumentũ 11. pag. 215.

Respondi, in hac etiam accusatione admitti fallaciam à dicto secundùm quid. Nam D. Pezelium non simpliciter dicere, quòd personæ data sit omnipotentia, neq; etiam simpliciter negare, humanæ naturæ datam esse, sed hanc declarationem addere, quòd huiusmodi dicta loquuntur de Christo vt persona missa. Priusquam autem Vrsini sententiam declararem, interloquebatur Gravverus, & sequens argumentum mihi opponebat.

Octauum argumentum.

Secundùm quam naturam Christus est Filius hominis, secundùm eam etiam data est Christo omnipotentia. Quia æterna potestas data est Filio hominis. Daniel. 7.

Sed Christus secundùm carnem est

Filius hominis, vt docet Paulus Rom: 1.

Ergo Christo secundùm carnem data est omnipotentia.

Responsio incoata interuentu viri Nobilis interrupta, cuius continuatio suo loco sequetur.

Ad hoc argumentam cum orsus essem responsionem, dixissemq;, non loqui ipsum cum scriptura, interuenit egregius & nobilis vir Dominus Ioannes Santiuuani, cui dum assurgitur, & locus datur, fit strepitus, quo sermo meus interruptus est. Et quia tum Magnif. Tua, tùm alij cõuiuæ cum nouo hospite colloquebantur, existimaui, me parùm ciuiliter facturum esse, si continuatione incoatæ responsionis colloquia illa interturbarem, atq; hinc factum est, vt incoata responsio mea imperfecta maneret.

Nouum posterioris colloquii argumentum.

Aliquanto pòst, cum & ego tacerem, & è reliquis conuiuis nemo occasionem vllam obiiceret, Gravverus fortasse conscientiæ stimulis adactus, dicebat, non voluisse se, quod Augustinus expressè ponat, distinctionem proprietatum Dei, sed quod ea ex distinctione operum Dei ab ipso tradita possit colligi. Sicut enim opera, quò ad extra, non sunt eadem, ita etiam proprietates ad extra non esse easdem, id quod appareat ex piorum saluatione, quæ sit opus misericordiæ, & ex impiorum damnatione, quæ sit opus justiciæ Dei.

Ego

Ego respondi, hoc non consequi, cum certum sit, distinctionem istam esse in creaturis, non autem in ipsa essentia Dei. Gravverus hæc, quæ de distinctione in creaturis tanquam obiectis dixeram, non modò non refutabat, sed etiam calculo suo approbabat. Nihilominus contendebat, Quòd, si simpliciter non distinguantur proprietates Dei quò ad extra, simpliciter & promiscuè liceat dicere, vasa iræ esse vasa misericordiæ, & Pharaonem simul esse vas misericordiæ & iræ Dei, cum tamen Paulus accuratè inter hæc distinguat. Rom. 9.

Hîc quærebam ex ipso, An ergò statuat, proprietates illas distingui πρὸς εἶναι, id est, quò ad esse, seu ipsam essentiam. Ille se minimè id statuere dixit. Tantùm enim id fieri πρὸς λόγῳ, id est, distinctione rationis. Itaque Horvvathium, ad cuius latus Gravverus sedebat, velut digito monstrans, dixi, vt ipsius errorem corrigat, vt qui non tantùm attributa Deitatis, sed ipsam etiam essentiam Filii ab essentia Patris realiter distinctam esse scripserit. Id cum negare vellet Horuuathius, dixi, in promptu esse scripta, quibus huius rei conuinci possit.

Hæc

Lectio consignationis prioris colloquii in hanc classem referenda.

Hæc omnia, cum adhuc cibi in mensa essent, acta esse, Magnif. Tuam in recenti memoria habere, nihil dubito. Secuta est postea lectio consignationis prioris colloquij, de qua consignatione & sermonibus, qui inter legendum vtrinq; commutati sunt, quia supra vitandæ nimiæ prolixitatis ergò actum est, (si enim peculiaris classis sermonibus illis data fuisset, repetẽda vbiq; fuissent prioris colloquij verba, quæ sermonibus illis occasionẽ dederunt) hîc longiorem mentionem vt faciam, non videtur necesse esse.

Postremus posterioris colloquii actus.

Cum à mensa surrexissemus, egóque literas, quarum antea memini, in atrio obsignarem, famulus ad Magnif. Tuam in interius conclaue me vocabat. Ibi cum Horvvathius denuo exemplum consignationis prioris colloquij sibi dari postulasset; ego ob rationem priùs adductam denuò denegaui. Interroganti autem Horvvathio, cur ergo id descripsissem, si cum alijs communicare nolim? Respondi, occasionem mihi dedisse, ipsius & Grauueri gloriationem de me falsitatis conuicto. Hîc cum Horuuathius de Grauuero nihil dicerer, se verò gloriatum esse negare vellet, subjiciebam, me fide dignissimorum hominum literis comprobaturum esse,

quòd

quòd ipſe æquè ac Grauuerus gloriatus ſit. Atq; ita tandem fatebatur, ſe gloriatum eſſe.

Hoc audito, oratione ad Magnif. Tuam conuerſa, dicebam, hinc clariſſimè videri, quòd iſte homo (nutu Horuathium deſignans) non quærat Dei. ſed ſuam gloriam. Interloquente autem Gregorio, quòd liceat gloriari in Chriſto; ſubiecci, ex ipſius actionibus prorſus contrarium apparere. Atq, ita cum bona Magnif. Tuæ venia è conclaui egreſſus ſum.

Cum in hypocauſtum, in quo reliqui conuiuæ erant, veniſſem, repetebat Grauuerus prouocationem ſuam ad diſputationem, quam breui in Schola Neerenſi habitutus ſit. Ego verò reſpondi, non eſſe me vocatum ad diſputandum in ſchola Neerenſi, ſed ad docendum verbum Dei in Eccleſia Keiſmarcenſi. Ille contrà: Quicunq; munere docendi rectè perfungi velit, illum diſputare neceſſe eſt, cum non modò vera docenda, ſed & falſa refutanda ſint. Reſpondi, vtrumq; me pro viribus facere, ſed meo loco, neq; moris mei eſſe, vt me in alienas Eccleſias ingeram, quod ipſe diſputationibus ſuis facere velit. Hic cum Grauuerus pro ſui defenſione allegaret, quòd ad id à Domino ſuo Horvvathio vocatus

ſit;

sit; subjiciebam, cum Horuuathius neque Episcopus, neq; Magistratus huius loci sit, esse ipsum πλυπράγμονα, alienas Ecclesiam, in quas nihil omnino juris habeat, turbantem. Dum hæc fiunt, superuenit Horuuathius, & non dissimulat, se tùm hæc postrema verba, tùm quæ in conclaui dixeram, grauiter molestéq; ferre. Ego id animaduertens, dicebam, si id de se dici nolit, sua agat, & nominatim exemplo patris sui contra Turcas pugnet, nos verò nostra agere permittat, neq; rixis suis exercitia piarum precum in communi isto periculo, quod nobis à Turcica tyrannide imminet, impediat. Horuuathius autẽ negabat, nos Deum verè inuocare posse, vtpote veritate doctrinæ destitutos Respondi, de hoc non ipsius, sed Dei esse judicare. Interloquebatur etiam Grauuerus, dicebatq;, dolendum esse. Ecclesiam hanc, in qua antea vera doctrina tradita sit, per me falsa doctrina seduci. Ego contrà prouocaui ad omnium auditorum meorum testimonium, quòd ista accusatione atrocem mihi injuriam faciat. Non enim me nouum doctrinæ genus afferre, sed idipsum, quod à prima pueritia mea, in schola huius ciuitatis didici, fideliter propagare,

pagare, in eiuſq; rei teſtimonium ante duodecim annos Horuuathio libros puerili manu à me in ſchola ſcriptos, monſtraſſe. Horuuathius verba mea excipiens, non eſſe, aiebat, quæſtionem, quando ego ſeductus ſim, ſed an doctrina mea conſentiat cum ea, quæ antea in Eccleſia iſta tradita ſit. Cumq; tam Horuuathius, quàm Gravverus eo abuſi, quòd Magnif. Tua cum alijs hoſpitibus colloquebatur, ſæpiùs iterarent accuſationes ſuas, quòd Eccleſiam iſtam falſa doctrina ſeducam, hac occaſione allocutus ſum Magnif. tuam, & rogaui, ne permittat, vt in eiuſdem conſpectu huiuſmodi conuitiis, præter omne meritũ meum, miniſterium meum proſcindatur. Id Horuuathius ſic interpretabatur, quaſi ſe cum Magnif. Tua committere velim, quod nũquam effecturus ſim. Ego contrà oſtendi, id me non quærere, ſed legitimi Magiſtratus opem contra aduerſæ partis injurias jure meritoq; implorare. Hîc poſtquam Magnif. Tua ſe interpoſuiſſet, ſilentio facto & illi abierunt, & ego, quorum cauſa à Magnif. Tua aduocatus fuerã, vt nimirum de ſtudijs filij mecum ageret, expedienda ſum ſi.

Hæc ergo ſunt vtriuſque colloquij acta, de quorum fide tũm ad aliorum,

qui

qui interfuerunt, tùm etiam ad Magnif. Tuæ testimonium, immò etiam ad ipsorum aduersatiorum conscientiam, si modò eius rationem habere velint, læta & hilari conscientia prouocare possum. Ea si quis legere, & cum scripto de vtroq, colloquio ab aduersa parte edito conferre velit, facilè, penes vtram partem veritas stet, animaduertere poterit. Sed tamen monendi lectoris gratia nonnulla breuiter attingam.

Responsio ad ea, quæ in scripto de vtroque colloquio ab Aduersariis edito, peculiarem considerationem requirere videbãtur, ac primùm de titulo, quem Gravverus sibi ipsi tribuit. Prouerb. 27. v. 2.

In ipso statim titulo Gravverus vocat se Magistrum profitentem orthodoxam doctrinam articuli de persona Christi, & similibus controuersis: quo ipso satis ostendit, se non cogitasse de sapientissimo Salomonis præcepto: Laudet te alienus & non os tuum, sed potiùs iuxta ueterem paroemiam, suimet tibicinem esse. Interea tamen notabunt, qui liberos suos in scholam pagi Neerensis ablegant, id potissimùm illic tractari, vt animis iuuentutis controuersiarum perpetuis agitationibus scrupuli, nunquam fortassis penitus eximendi, injiciantur.

De appellatione Caluinistæ Keismarcensis.

Me verò, quia scit, Caluinistarum nomen apud plerosq; exosum esse, Caluinistã Keismarcensem appellat. Jam autem in posterioris colloquij extremo actu ostẽdi, me

me non tradere doctrinam aliam, quàm eam ipsam, quæ mihi in juuentute mea, cum adhuc ignorarem, an Caluinus vnquam in rerum natura fuerit, è verbo Dei & scriptis Philippicis à Præceptoribus meis proposita fuit: Aduersarios autem hoc moliri, vt, cum eam fundamentis è verbo Dei petitis conuellere nequeant, odioso saltem nomine grauatam quocunq; modo suspectam reddant.

Hunc aduersariorum morem si imitari vellem, possem & ego non absimilia nomina ipsis indere, eosq; vocare Neerenses Vbiquistas, Sophistas, immò, propter calumnias ipsis admodum familiares, etiá Diabolistas. Sed hæc mittam, & hoc vnum lectori considerandam proponam, an non hûc satis idonea cum ratione accommodare possim, quod de Balaaco Moabitarum Rege sacra commemorat historia, ab ipso, cum videret, se suis viribus filios Israél aditu terræ promissæ prohibere non posse, falsum prophetam Bileamum ad maledicendum populo Dei aliunde aduocatum & mercede conductum fuisse? Sunt enim jam decem anni, postquam Horvvathius prouocationibus suis sepè iteratis tandem in arenam me pertraxit. Quia verò vidit, se nihil efficere posse, nouum istum

Num. 22. & seq.

rixarum Magistrum è Germania euocatum sibi adsciuit, cuius opera mercede conducta ad maledicendum aliis abuti posset. Sicut autem Bileamus etiam inuitus pro maledictionibus bona verba proferre coactus est; ita justo Dei judicio fieri videmus, vt conatus aduersariorum veritatis eam illustriorem reddant, atque ita, non ipsorum quidem aduersariorum consilio, sed singulari Dei beneficio, veritati addictis pro illorum maledictionibus benedictiones reponantur.

Quid de eo sentiendum sit, quòd Graverus ordinem se obseruare nec voluisse nec potuisse scribit.

Ne longè exempla petantur, scribit nouus iste controuersiarum Magister, se ordinem in colloquio (cur autem non colloquijs, cum non vnum, sed duo colloquia inter nos habita sint?) obseruatum, hic obseruare neque potuisse, neque voluisse. Quid enim hoc aliud est, quàm omnibus jis, quæ scripsit, imprudenter fidem derogare, & contrà testari, manifestam non modò aduersæ parti, sed ipsi etiam veritati injuriam illatam esse? Itaq; quod scribit, se ordinem seruare non voluisse, id sine vlla contradictione ipsi facilè creditur, cum res ipsa ostendat, ex ipsorum parte omnia inordinatè & acta & scripta esse. Quòd autem scribit, se ordinem etiam non potuisse seruare, idipsum quoque credi potest,

poteſt, ſed tantùm ex parte. Nam ſi propoſitum habuiſſet, quòd velit rem ita, vt acta eſt, exponere, iuſtum ordinem obſeruare & poruiſſet & debuiſſet. Quia verò longè aliud animo ſuo concepit, vt nimirum lectorem plurima omittendo, quæ vtrinque dicta ſunt, ſcribendo, quaſi dicta eſſent, quæ tamen dicta non ſunt, omnia deniq; peruertendo ludificaretur, non potuit certè ſimul & falſum ſcribere, & verum ordinem ſeruare.

Id autem ſic ſe habere, collatio chartæ ab ipſo editæ cum vero actorum ordine ſatis oſtendit. Nam, vt de omiſſis primum agam, ſi rem verè narrare voluiſſet, debuiſſet indicare, qua occaſione & ipſi & ego in arcem peruenerimus, quo modo primùm, quod ego protuli, verbum ab Horvvathio manifeſta cauillatione exceptum fuerit, quomodo ipſi, me nullam omnino occaſionem præbente, primùm argumento Grammatico, deinde Theologico, ab articulorum fidei euerſione dicto, diſputandi materiam quæſiuerint, quomodo cum excarnati vocem in orthodoxa Eccleſia inauditam eſſe dixiſſem, nouus ille magiſter relicto priore ſuo ludicro Antagõiſta me adortus ſit, cum antea, quod equidem ſciam, neuter alterum

De omiſſis in ſcripto Gravveri vtrinq; dictis.

vnquam vidisset. Hinc enim facilè æstimari potest, ad quos autores nouum hoc certamen referri debeat.

Quid? quòd non tantùm mea verba magna ex parte, sed etiam sua, & quidem ea ipsa, quæ me, cum prioris colloquij cõsignationem legerem, adjicere voluit, omisit, haud dubiè hac vnica de causa, quia, si sua illa verba posuisset, etiam mea, è quibus ea proferendi occasionem sumsit, recensere debuisset. Quia verò hoc lectori persuadere voluit, me in colloquijs istis ferè mutum fuisse, & sua argumenta non pauca, & responsiones meas maiori ex parte suppressit.

Tandem de exitu seu postremis actionibus vtriusque colloquij, altum apud ipsum est silentium, cum tamen lector, qui veram cuiuscunque rei seriem animo suo infigere velit, diligenter attendere debeat, quomodo exitus cum antegressis actionibus congruat.

De scriptis à Gras vvero, quæ dicta non fuerunt.

Quòd ad scripta, quæ dicta non fuerunt, nominauerat quidem ille semel atq; iterum Aristotelem. Sed omnes, qui vtriq; colloquio interfuerũt, testes appello, an librorum, capitum, textuum numeros, ita vt eos consignationi suæ adscripsit, in ipsis colloquijs citârit, an non potius & hîc vana osten-

ostentatione memoriæ lectori fucum facere voluerit.

De Instantia, quam se mihi in primo argumento opposuisse scribit ex eo, quòd Angeli sint illocales, neq; tamen infiniti, bona conscientia affirmare possum, me recordari non posse, quòd illam in colloquiorum alterutro ex ipso audiuerim. Si enim audiuissem, in promptu habuissem respónsionem è doctrina, quam puer didici, quòd Angeli, licet non sint in loco circumscriptiuè, vt naturæ corporeæ, propterea tamẽ non sint illocales, sed nihilominus sint in aliquo loco, seu, vt ita loqui mihi liceat, in certo aliquo VBI definitiuè, seu, vt Damascenus loquitur, ἀοριστως, id est, intelligibiliter. Lib. 1. Orthod. fid. cap. 17.

Dictum Petri de CHRISTO passo carne, in neutro colloquio adductum fuit, & tamen quasi adductum esset, ponitur.

Verba ad sextum argumentum margini in parenthesi adscripta (non absolutè sed conditionaliter) tantum abest, vt in alterutro colloquiorum dicta fuerint, vt demum post chartam typis descriptam scriptori in mentem venerint.

In eodem argumento scribit, se scho-

lasticos Theologos adduxisse; sed quis id audiuit? Si verò se adduxisse contendat, cur ea in consignatione non repetiuit? Ita enim videri potuisset, an & qua fide scholasticos illos adduxerit.

Id certè magis ad colloquiorum, quorum in titulo mentio fit, argumenta pertinuisset, quàm partim Geometrica demonstratio per *literas* A. B. instituta, partim illa octoginta quatuor linearum, quã sic vocat, parenthesis, cui similis haud scio, an in vllo vsquam probato autore reperiatur; sed hoc scio, me puerum è libello Rhetorico Philippi didicisse, veram parenthesin esse BREVEM interpositionem declarandi caussa insertam, ideóque à præceptoribus monitum fuisse, in parenthesi prolixitatem, vt enorme vitium, magno studio vitandam esse.

De peruersione ordinis & verborum.

In primis autem in peruersione & ordinis & verborum aliquot crimina falsi manifestè se produnt, & ita quidem se produnt, vt simul Aduersarios summa iudicii inopia laborare ostendant.

Nam primum à præfatione folium in titulo pollicetur argumentum primum colloquij primi, & in margine sequentia verba leguntur: Hæc initiò exercitij gratia

tia responsa fuerunt Generoso Domino Gregorio Horvvath, &c. Hîc apertum crimen falsi est, in eo, quòd primum argumentum id vocatur, quod in medio ferè prioris colloquij vsurpatum fuit, cum septem argumenta alia præcessissent. Quomodo ergo primũ argumentũ esse potest, quod in ordine octauum est? An non autem hoc perinde est, ac si quis filium post septem alios in lucem editum, primogenitum appellare vellet?

Deinde iudicij inopia ex eo apparet, quòd scribitur, argumento inde ducto, quòd locus tantùm secundùm quid sit accidens necessarium corporis, responsum esse Gregorio Horvvath, nec tamen ponitur vel quęstio, vel obiectio Horuuathij, ad quam eo argumento responsum sit. An non igitur vel id vnum indicio esse potest, quòd aduersarij deliberato animo lectori imponere voluerint, quódq; ipsos pudeat eorum, quæ dixerunt, vt ea proferre non audeant?

Sic in eo etiam, quòd sub eodem primi argumenti titulo, ad verba de non loco in margine adscriptum est: Hîc incipit primum argumentum Sebastiano oppositum, geminum crimen falsi testimonij

eum pari iudicij inopia admittitur. Nam si vera narratione lectorẽ informare voluisset, debuisset scribere, hoc fuisse primum argumentum mihi oppositũ, quo probare voluit, eos, qui dicunt, λόγον esse vbiq;, carnem τῷ λόγῳ vnitam non item, statuere λόγον nõ incarnatum, sed excarnatum: cui in altero colloquio declarationis ergò adjici voluit sequentia verba (ibi vbi non est humana natura) Iam si istam siue restrictionem, siue declarationem consignationi meæ adjici voluit, cur ergo ipse totum argumentum, quod reuera primum fuit, vnà cum responsione mea, nec primo, nec medio, nec vltimo loco posuit?

Deinde si alijs fidem facere voluit, quòd argumentum de non loco fuerit primum eorum, quæ mihi opposuit, cur non indicauit, è quibus verbis meis in priore colloquio prolatis huius argumenti occasionem sumserit. Id certè facere debuisset, si ostendere voluisset, rationem se habere honoris, conscientiæ & salutis animæ suæ, quæ omnia in posteriore colloquio allegaueram, cum ab eo requirerem, vt loco eius ordinis, quem ego in consignatione mea obseruaueram, ipseq; impugnauerat,

alium

alium meliorem monſtraret, & nomina-
tim exprimeret, quod ego verbum protu-
lerim, priusquam Excarnati vocem ab eo
audiuiſſem. Verùm quantum ille tunc re-
ſpondit, nempe quantum parietes, qui cir-
cum nos erant, tantum etiam in charta ty-
pis vulgata reſpondet Nullum enim ver-
bum meum ponit, è quo occaſionem cō-
tra me argumentandi ſumſerit, ſed ſimpli-
citer rem ita narrat, quaſi argumentum,
quo Horvvathio reſpondit, mihi ſine vlla
occaſione oppoſuerit: quod ſi etiam factū
fuiſſet, haberi potuiſſet pro certo indicio
profligatæ cuiuſdam impudentiæ, cupien-
tis contendere cum eo, qui nullam occaſi-
onem præbuerit.

Ego verò ſatis ſcio, quòd non in pri-
ore, ſed in poſteriore demum colloquio ar-
gumentum, de non loco, in medium ad-
ductum fuerit, idq; ea, cuius antea memi-
ni, occaſione, quòd cum ego inter alia di-
cerem, me hoc mihi non arrogare, vt pro
perfecto logico habear, Gravverus injecit,
me hoc mihi ſumere voluiſſe reprehen-
dendo argumentum quoddam Horvva-
thij, quaſi id ex puris negatiuis conſtaret,
quod tamen non ita eſſe, probare voluit
locutione illa de non loco. Quomodo
ergo id primum argumentum mihi op-

positum esse potest, quod in altero demum colloquio, & quidem circa medium, prolatum fuit?

Similis peruersio in alijs etiam argumentis, quorũ quodlibet peculiari quadam occasione narum est, facilè ostendi posset. Sed ne scriptum hoc nimis prolixum euadat, ista attenti lectoris considerationi committens, hoc vnum adhuc monebo, quòd in extremo argumento scribit, me, cum premerer, enumerare voluisse, quid alij sentirẽt, & quomodo ab ipso discreparent. Si commemorare volui aliorum sententiam, cur ergo me non audiuit? Si audiuit, cur nõ adjecit, quomodo aliorum sententiam commemorauerim. Deinde non ad alios longéque remotos ipsum remisi, sed ad Horunathium, ad cuius latus assidebat, vt, quoniam Gravverus non audeat fateri, attributa Deitatis distingui πρὸς εἶναι, id est, quò ad ipsum esse, corrigat eum, qui non tantùm attributa, sed ipsam quoque essentiam Filij ab essentia Patris realiter distinctam esse scripserit. Ille verò personarum peruersione rem sic narrat, ac si de ignotis & alienis, quibus cum nihil ipsi negotij sit, verba feciſſem.

Hinc æstimare licet, an non, quod

Grauuerus

Grauuerus in præfatione falsò de me scribit, quòd prius colloquium mala fide cõscripserim, eò quòd argumentum de relatis à me in prima consignatione ad verbũ positum non fuerit, cum tamen & fundamenta illïc posuerim, & postquam in cõsignationis illius lectione, id mihi suggestum esset, reliquis mox integrè inseruerim; de illo verissimè dici possit, vt qui, quemadmodum hactenus ostensum est, tam multa omiserit, quæ dicta sunt, scripserit, quæ dicta non sunt, denique; ex obstinato proposito de non seruando ordine omnia perturberit?

Hîc si subsisterem, nec amplius quid adderem, facilè, vt equidem existimo, bonis omnibus institutũ id probare possem. Sed tamen quia in vtroq; colloquio nonnullæ responsiones, interuenientibus alijs sermonibus, interruptæ fuerunt; de ijs, auctarij loco, nonnihil adjiciam, non quidem propter ipsos aduersarios, quibus, sat scio, nunquam satisfiet, cum Horvvathius apertè dixerit: nunquam se in nostram sententiam concessurum esse, quod quid aliud est, quàm si dixisset, se, etiamsi veritas à nobis demonstraretur, illi tamen locum daturum non esse? sed propter eos, qui fundamenta veritatis

Continuatio responsionum in colloquiis propter nonnulla, quæ interuenerunt, impedimenta ad finem non perductarum.

cognoscere

cognoscere & cognitis acquiescere cupiunt.

De relatis.

Dixisse me, quòd esse vbiq; , seu esse omnipræsentem, & esse infinitum, sint relata, non nego. Sed quoniam secundùm jus naturæ & gentium, Optimus interpres verborum quisq; suorum est: an non verborum meorum interpretatio à me potiùs, quàm ab Aduersariis meis petenda erit? Dixi in vtroq; colloquio, non eandem esse omnium relatorum rationem, idq; ostendi exemplo amicorum, inter quos communis amicitia est. Etsi autem propter interlocutiones Aduersariorum applicatio non continuò adiecta est, è sequenti tamen declaratione colligi potest; præmissa hac solenni protestatione, no verba mea in alienum sensum sophisticè rapiantur, cum sciam, in tota rerum vniuersitate nullum exemplum dari posse, quod cum tantis mysterijs per omnia cõgruat, id quod Damascenus quoq; lib. 3. c. 26. apertè fatetur. Sic igitur mentem meã explico. Sicut commune amicitiæ vinculum facit, vt diuersis hominibus, inter quos amicitia est, amicorum nomen rectè tribuatur: ita, cum non tantùm communis, sed planè eadem sit essentia trium personarum Deitatis, nempe Patris, Filij, &

Spiritus

Spiritus Sancti, & ea quidem perfectè simplex & infinita, propter illam essentiæ diuinæ ταυτότητα, id est, identitatem & perfectam simplicitatem, cuicunque ex istis tribus personis, vna quæpiam essentialis Deitatis proprietas tribuitur, (qualis exempli gratia est, esse vbiq;, seu esse omnipræsentem) eidem etiam alias (è quibus est infinitas) tribui necesse est. Atq; ita quomodocunq; tandem ista attributa appellentur, (Nam de voce litigare nolo, cú sciam, non sine ratione rejici ab Apostolo λογομαχίαν) manet nihilominus res ipsa salua, quòd nimirum, Quicunq; est infinitus, sit vbiq;, & vice versa: Quicunq; est vbique, sit infinitus. Item: Sicut amicus amici amicus est: ita omnipræsentia omnipræsentis omnipræsentia, & infinitas infiniti infinitas est: vt & hoc sensu esse omnipræsentem & esse infinitũ inter relata non incommodè referri posse videantur. 1. Tim. 6. 4.

Præterea infinitas essentiæ velut causa est omnipræsentiæ. Cui itaque verè tribuitur infinitas essentiæ, huic etiã tribuendum est, quòd sit vbiq;. Et vice versa: Cui hoc tribuitur, quòd sit vbiq;, huic

huic etiam tribuendum est, quòd habeat essentiam infinitam, qua vbiq; esse possit. Contrà, cui tribui non potest essentiæ infinitas, ei neque tribuendum est, quòd sit vbiq;.

De essentia & existentia.

Hinc etiam peti potest replicatio ad distinctionem illam essentiæ & existentiæ, qua Grauuerus responsionem meam, in qua argumentum eius ad absurdum deduxeram, eludere voluit; vbi & hoc obiter notandum est, quòd in charta edita tùm alia multa inseruit, quæ in colloquio dicta non fuerunt, tum etiam posteriorem existentiæ vocem, per vocem præsentiæ declarauit, quod in ipso colloquio non fecit.

Nam si cuipiam tribuitur modus existẽdi vbiq;; necesse est, vt eidem tribuatur etiam essentiæ infinitas, è qua modus existendi vbiq; pendet. Si igitur hũanæ Christi naturæ in abstracto infinitas essentiæ, quæ tanquam caussa est vbiq; existendi; salua veritate tribui non potest; quomodo eidem effectus, negata caussa tribuetur?

De argumento è 9. cap. Danielis.

In respõsione ad argumentum è nono capite Danielis de Filio hominis, per interuentum viri Nobilis interrupta, hoc addere volebam, quòd scriptura, cũ Christum appellat Filium Dei, item Filium hominis,

hominis, tunc loquatur de persona : Cum autem particulam (secundū) adjicit ad appellationem, alterutra m è naturis denotātem: tunc faciat restrictionem ad eam naturam, cuius mentio fit: vt cum Paulus Rom. 1. v. 3 & 4. dicit, Filium Dei factum esse ex semine Dauidis secundùm carnem, declaratum verò esse Filium Dei potenter secundùm spiritum sanctificationis per resurrectionem à mortuis. Nisi ergo admittatur, quòd per hanc particulam fiat determinatio ad eam naturam, cui attribuitur, dicendum esset, Christum factum esse è semine Dauidis secundùm Deitatē, quod scripturæ sacræ ex diametro repugnat.

Sic si Magistralis illa argumentatio valeret, eadem ratione, tantummodo maiore termino mutato, sic argumentari liceret:

Secundùm quamcumque naturam Christus est Filius hominis, secundùm eam descendit de cœlo. Dicit enim Christus Ioan. 3. v. 13. Nullus ascendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo.

Sed Christus secundùm carnem est Filius hominis.

Ergo

Ergo ſecundùm carnem deſcendit de cœlo.

Hoc autem admiſſo, an non velut ex inferis reuocabuntur errores Marcionitarum, qui Chriſtum carnem ſuam è Cœlo attuliſſe contenderunt? Annon autem multò eſt conſultius, ſi quemadmodũ & Chriſtus & Daniel in concreto de Filio hominis loquuntur, ita & nos intra eoſdem limites permaneamus?

At vrgebit fortaſſe Gravverus, Vrſinum in colloquio Maulbrunnenſi admiſiſſe, omnipotentiam daram eſſe humanæ naturæ. Sed addenda etiam fuiſſet declaratio, quę in eiuſdem colloquij protocollo habetur, vbi inter alia hæc etiam verba legunturita concedi poſſe, ſi rectè intelligatur, alioqui non poſſe. Eſt enim omnipotentia ei data, & quidquid de Deo dici poteſt: Quia hæc humana natura cum diuina perſonaliter & verè vnita eſt. Item: Hæc dona ita ſunt humanitati data, quemadmodum data eſt illi diuinitas. Diuinitas autem ita ei data eſt, vt cum ea perſonaliter ſit vnita, non quòd humanitas in diuinitatem conuerſa ſit. Eodem modo data eſt ei infinitas & omnipotentia, &c. vt humanitas per ſe non ſit infinita & omnipotens.

Action. 3. pag. 44. & 46.

De

De Augustini regula multùm sudat Gravverus, sed frustrà. Debuerat enim ostendere, quomodo vbiquitas seu omnipræsentia communicata sit carni Christi, non autem infinitas & æternitas, de quibus inter nos agebatur. Sed ille relicto vero scopo agit de damnatione & salvatione, indeq; vult colligere, aliud esse justiciam, aliud misericordiam DEI. Cumque Gravverus fateatur, & dixisse me, & se admisisse, distinctionem non esse in ipso Deo seu essentia Dei, sed in creaturis, idipsum etiam accommodari potest, ad verba Pauli Apostoli de vasis misericordiæ & iræ, quòd nimirum homines, in quibus tanquam obiectis Deus iram & misericordiam suam declarat, distinguantur: vnde tamen non sequitur, ipsam essentiam Dei misericordem & irascentem esse distinguẽdam, cum essentia semper maneat eadem, ideòq; distinctionem non admittat. De Augustini regula.

Deinde præter corruptelas, quas in priore colloquio recensui, mirabiliter se torquet: vt distinctionem attributorũ Deitatis ad intra & extra è regula Augustini eliciat, vt cum scribit, quod ipsum quoque in colloquio dictum esse non memini: Sicut opera Dei, quò ad extra, non sunt eadẽ (volo autem, quòd non eadẽ sint inter se,

non autem volo, quòd sint diuisa respectu personarum Trinitatis, vt Sebastianus mihi tribuere volebat) ita etiam proprietates Dei, quò ad extra, consideratæ respectu creaturarum non prorsus & simpliciter sunt eædem, sed τῷ λόγῳ distinguuntur.

Hic quàm multa quis non iniuria desiderare queat? Nam in colloquio priore sub nomine Augustini fecerat mentionẽ proprietatum seu attributorum ad intra & extra. Hic autem de proprietatibus ad intra altum est silentium, & tantùm agitur de proprietatibus, quas ipse ad extra vocat.

Deinde quiuis sanus videre potest, priorem similitudinis partem ita concipi, quasi Augustini regula velit, opera DEI quò ad extra non esse eadem, quod ad hanc controuersiam nihil pertinet, cum non quæratur, an opera Dei ad extra sint eadem (Quis enim nescit, aliud esse opus creationem rerum omnium, aliud reparationem generis humani?) sed de eo, an opera illa ad extra sint diuisa vel indiuisa?

Præterea quòd queritur, me sibi tribuere voluisse, quòd opera Trinitatis sint diuisa respectu personarum Trinitatis: in eo si putat sibi fieri à me injuriam, cur

ergo

ergo verba mea, è quibus, jure ne an injuria id fecerim, dijudicari potuisset, non posuit?

Deniq; vt summatim concludam, omnibus sanis considerandum relinquo, qualis sit consequentiæ ratio, si quis ita argumentari velit:

Si secundùm Augustinum opera Trinitatis ad intra sunt diuisa, ad extra indiuisa: etiam attributa Deitatis ad intra sunt indistincta, ad extra sunt distincta.

Sed secundùm Augustini regulam opera Trinitatis ad intra sunt diuisa, ad extra indiuisa.

Ergo etiam attributa ad intra sunt indistincta, ad extra sunt distincta.

Sed huiusmodi ratiocinationibus eos, qui solidioribus fundamentis destituuntur, niti, mirum videri non debet.

Hæc pro supplemento responsionum, quæ in colloquijs interruptæ fuerunt, adijcienda esse putaui. Nam quod attinet ad Philosophicam illam disputationem de loco, cum Gravverus ipse in glossa marginali ostendat, se de eo nõ mecum, sed cum Horvvathio cõ trouersiã habuisse: illi inter se hac de re disputent, quã diu volent. Ego alienã litẽ meã facere nec volo, nec debeo.

Idem dici potest de Geometrica demonstratione literis designata, & longa illa parenthesi. Quia enim de illis Gravverus fatetur, in colloquijs actum non esse, quo jure quis responsionem à me efflagitarit?

De tribus postulatis Gravvero propositis.

Venio jam ad tria postulata, quæ Magnif. Tua Grauuero proponi curauit, quæq; ille cum responsionibus suis coronidis loco reliquis adiecit.

Quò ad primum, postulauerat Magnif. Tua à Gravvero, quia, cum faceret mentionem distinctionis attributorum Deitatis ad intra & extra, allegauerat libros Augustini de ciuitate Dei, vt nominaret librum & caput. Ille verò respondit, suam allegationem non rectè à me intellectam fuisse. Hîc videt Magnif. Tua, vident omnes sani, aliud fuisse per Magnif. Tuam postulatum, aliud ab ipso responsum. Non enim voluit Magnif. Tua cognoscere, quomodo ego citationem illam intellexerim; sed an ille Augustini testimonium bona fide adduxerit.

Similiter quò ad alterum postulatum, quia Gravverus allegauerat, quòd Caluinus dicat, Paulum NIMIS subtiliter deflectere verba Prophetarum, voluit Magnif. Tua sibi indicari, vbi id Caluinus faciat. Ille autem in responsione sua

adducit

adducit è commentario in Psalmi 68. versum nonum, sequentia verba: Quia locum hunc Paulus subtiliùs ad Christum deflectit, videndum est, quàm bene hoc cum mente Dauidis conueniat. Inter istas autem locutiones quantum sit discrimen, vt Grammaticorum regulas nõ adducam, è vulgari saltem exemplo cognosci potest, Si quis dicat, auram esse frigidiorem, eo innuit, esse eam nonnihil vel aliquantulũ frigidã. Si dicat, esse frigidam, significationem intendit. Si addat patriculam nimis, jam frigus in excellenti gradu denotat. Quia ergo particulam nimis, de qua nominatim quæsitum fuerat, Gravverus à Caluino vsurpatam fuisse demonstrare non potuit: videt Magnif. Tua, vident omnes boni & æqui rerum æstimatores, in ista quoq; citatione fidem jure desiderari posse. Id ipsum clariùs patebit, si locus integer adspiciatur. Ex eo enim cognoscetur, Caluino non fuisse propositum, vt Paulum Apostolum corrigeret, quemadmodum ipsi per calumniam tribuitur, sed vt ostenderet, quàm bene hoc, quod scilicet Paulus scribit, cum mente Dauidis cõueniat. Ideo in applicatiõe declarat, singula membra inter se conuenire, seu similitudinem aptè congruere, vsq; ad ea verba,

quibꝰ Paulus dicit: Christum dona dedisse hominibus, cum in Hebræo sit, accepisti dona in hominibus, vbi Caluinus addit: Discedit quidem (Paulus) à verbis Dauidis. Quia (vt rudibus se accommodet) Græcam versionem sequitur. SED IN RE IPSA NIHIL EST REPVGNANTIAE. Si ergo Caluinus propterea impietatis cõdemnandus erit, quòd ostendat, quomodo verba in Hebræo textu sonent, & quomodo à Paulo è Græca versione adducantur, eiusdem criminis præter veteres verbi diuini interpretes, etiam Lutherum, à quo aduersa pars denominari cupit, accusari & condemnari necesse erit.

Tom. 6. pag. 98.

Nam vt è veteribus vnicum Hieronymum adducam, monet is lib. 2. Comẽtar. in Amos: In omnibus scripturis sanctis obseruandum esse, Apostolos & Apostolicos viros in ponendis testimonijs de veteri testamento, non verba considerare, sed sensum, nec eadem sermonum calcare vestigia, dum modo à sententia non recedant.

Operat. in 3. Pſ. Tom. 3. W Vitt. Lat. fol. 230.

Lutherus primùm in genere scribit, constare, Apostolum rarò citare Hebraicam proprietatem, sed frequenter septuaginta. Deinde etiam in specie de hoc ipso

ipso Psalmi 68. loco agens, Verus, inquit, sensus est, quem D. Petrus affert, Accepta promissione Spiritus Sancti effudit, id est, Accepisti dona in homines, id est, potestatem dandi dona hominibus; vnde Paulus, Dedit dona hominibus. Paulò pòst. Sæpè reperitur, quòd noster textus sublimiùs feratur, quàm Hebraicus, quamuis eodem sensu. Si ergo Gravver argumentum valere deberet, eodem modo argumentari quis posset:

In Ps. 110. Tom. 8. V Vitten. Germ. fol. 581. b.

Quicunq; dicit, quòd noster textus sublimiùs feratur, quàm Hebraicus, is emendat Spiritum Sanctum. Lutherus id dicit. Ergo emendat Spiritum Sanctum. Si autem hoc argumentum ab aduersa parte non admittetur, an non erit personarum acceptio, vnam eandemq; rem diuersis duntaxat verbis prolatam in alio reprehendere, in alio probare?

Est verò & hoc consideratione non indignum, id quod Gravverus de correctione Spiritus Sancti, non sine iniuria alteri tribuit, de ipso jure meritoque vsurpari posse, vt qui Magnif. Tua, alijsque audientibꝰ à me postulârit, vt expũctis Petri Apostoli verbis, à Spiritu sancto profectis,

alia,

alia, quæ ille pro ſuis habere voluit, ſubſtituerem.

Quò ad tertium poſtulatum, de mutilata nempe citatione verborum Iac. Andreæ, fatetur ipſe Gravverus, verba in Defenſione omiſſa in Antitheſi fuiſſe addita. Quid ergo propterea tumultuatur?

Nam quòd ea omiſſione nihil aliud ſpectârim, quàm vt breuitatis rationem haberẽ, è duobus clariſſimis indicijs perſpici poteſt, primùm, quòd adjecerim particulam &c. quæ vſurpari ſolet, cum lectori præter ea, quæ expreſſé ponuntur, etiam alia conſideranda permittuntur: deinde, quòd ea particula non contentus ad marginem adſcripſi: vide locum integrè citatum in Antitheſi, pag. 414. Hæc ergo remiſſio lectoris ad loci integri citationem, quid aliud eſt, quàm vt verba in Antitheſi poſita pro repetitis habeantur?

Addo & hoc, me in ipſa iam Antitheſi monuiſſe, quòd aliud ſit, eſſe in Patre, aliud ire ad Patrem, cum illud ad æqualitatem eſſentiæ Patris & Filij, hoc peculiariter ad officium CHriſti pertineat, cuius etiam pars eſt Aſcenſio ad cœlum.

Confirmant id, præter inſignem Auguſtini ſententiam in Antitheſi citatam, ſequentia Orthodoxorum Patrum teſtimonia.

monia. Ita enim Athanasius; Eius, inquit, est ire & venire, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur, vt eum, in quo erat, deserens locum, ad eum, vbi non erat, veniat. Loquebatur itaq; de eo, quem assumserat, homine, quòd erat iturus ad Patrem, à quo & venturus est judicare viuos & mortuos. Cœterùm verbi diuinitas vniuersa implens nullis locorum terminis separatur: sicut nihil est, vnde discedat, ita nihil est, quò veniat.

Athan. in dis. contra Arium. t. 4. pag. 48.

Gregorius Nyssenus citante Theodoreto: Qui dixit, VADO, localem migrationem significans, idem omnia comprehendit.

Theod. Dial. 2. pa. 176.

Cyrillus: Propè erat tempus, vt in cœlos ad Patrem abiret. Item; Aderat Dominus in hoc mundo corporaliter tempore opportuno. Et rursus, quando, vt ille nouit, oportebat, ad Patrem corpore redijt.

Lib. 9. in Ioan. c. 23. Et lib. 10. cap. 39.

Vigilius: Vnde & quò se iturum dicit, aut quomodo se ad Patrem perrecturum asserit, à quo sine dubio nũquam recessit? Sed hoc erat ire ad Patrem & recedere à nobis, auferre de mundo naturam, quam susceperat ex nobis.

Lib. 3. c. 3.

Quin & Lutherus in cantione quadam Germanica orthodoxã sentẽtiã sequẽtib⁹ verbis expressit:

Gen Himmel zu dem Vater mein /
Fahr ich von diesem Leben.

Hoc est, interprete Iohanne Lauterbachio, Poëta nobili,

Ab orbe victor ad meum
Scando polos Parentem.

Hîc certè multò aliter loquuntur Lutherus & eius interpres, quã Iacobus Andreæ: Illi enim fatentur, quòd Christus ab hac vita, quam nimirum in his terris egit, seu ab hoc orbe in cœlos ascẽderit ad Patrem. Iacobus Andreæ autem, quòd ne ad latum quidem unguem aut pilum à terra recedendum ipsi fuerit, ut ad Patrem veniret. Etsi enim Deus Pater, ad quem Christus se iturum esse affirmat, cum inquit, ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum, cum sit vbiq;, nullis interuallis abest à nobis, nedũ à Christo, qui in Patre, hoc est, vnum cum Patre, ideóq; Deus ipse est: scimus tamen vel è precatione, quam nobis Christus ipse præscripsit, quòd peculialiter sit in cœlo, nimirum, quò ad singularem reuelationis gratiã: Quia ibi velut in throno regni sui in clariore luce, quàm in hoc mundo se patefacit, vbi etiam beati homines & Angeli

geli sine peccato & morte perfectè ipsi obediunt. Quando itaq, in symbolo dicimus, nos credere in Christum qui ad cœlos ascendit; eo ipso fatemur, Christū corpore suo non esse in inferno, neque etiam mansisse in terrenis istis miserijs, sed naturam ex nobis assumptam vere collocasse in cœlestem illum æternæ beatitudinis sedem, tanquam pignus totius summæ, vt loquitur Tertullianus, illuc quandoq; redigendæ. Atq; ita videt Magnif Tua, hanc etiam calumniam de mutilata citatione verborum Iacob. Andreæ in fumum abire.

Supereſt prouocatio ad disputationem theatricam, quam aduersa pars nunquam non in ore habet. De hac priusquam agam, facere non possum, quin, quid post duo colloquia ad mensam Magnif. Tuæ habita, in confessu quodam nuptiali factum sit, breuiter commemorem. Cum Horvvathius Germanico sermone fecisset mentionem verborum institutionis sacræ Cœnæ, & quidem, vt satis animaduerti potuit, hac vnica de causſa, vt de isto etiam articulo nouam certaminis materiam præberet, Gravverus capite inclinato, vultuque ad risum composito, Germanico itidem idioma-

De prouocatione ad disputationem theatricam.

idiomate sequentibus verbis vsus est:

Ja es ist aber eine Figürliche rede/denn Christus ist ein Mahler gewesen/Er hat anders im Hertzen/anders im Mund gehabt/

h. e. vt interpretationem propter Germanicæ linguæ ignaros addam: Est autem hæc figurata otatio. Fuit enim Christus pictor, qui aliud in corde, aliud in ore habuit. Hæc cum audiuissem, continere me non potui, quin apertè dicerem, talia relinquenda esse, cum neque ad ædificationem faciant, & facilè offendicula pariant. Cũq; Horvvathius diceret, huiusmodi collationes vtiles esse, & quouis tempore fieri posse; subieci, etiam precationem pium opus esse, & quouis tempore in piorum vsu esse debere: Et tamen Filium Dei monere, ne in faciendis precibus imitemur hypocritas, qui in angulis platearum stantes precari soleant, vt appareant hominibus: Item, sicut de illis Filius Dei dicit: Retulerunt mercedem suam: ita idem de huiusmodi intempestiuis disputatoribus rectè vsurpari posse. Cum autem accedente admonitione Nobilis cuiusdam viri, quid juuenes in præsentia seniorum deceat, no-

uus

uus ille Magiſter de diſputaturiendi prú
rigine non modò nihil remitteret, ſed in-
ſuper eo ſe tutari vellet, quòd Ariſtoteles
tradat, alios eſſe iuuenes annis, alios mori-
bus, addita hac Thraſonica gloriatione,
quòd iam nouem annos cum doctiſſimis
totius Germaniæ Theologis de Theolo-
gicis rebus diſputarit: alij quid de iſta ho-
minis importunitate ſentirent, eo ipſo te-
ſtati ſunt, quòd tubas inflari iuſſerunt,
quarum ſonitu ſilentium ipſi etiam inui-
to impoſitum eſt.

Hæc in adeò recenti hominum me-
moria ſunt, vt, ſi modò frontem vllam ha-
beat, ipſum ea negaturum non eſſe exiſti-
mem. Quòd ſi ad ſui excuſationem dicere
volet, ſe verba illa de Chriſto per ironiam
vſurpaſſe, hoc diligenter conſiderari ve-
lim, an vllus vnquam homo pius & Chri-
ſtum verè diligens, hoc in animum indu-
xerit, vt etiam per ironiam in ipſum blaſ-
phemus eſſet. Sed agnoſcatur hîc quoq; iu-
ſti judicij Dei opus, vt, quoniam ex abun-
dantia cordis os loquitur, ex huiuſmodi
ſermonibus, quales de Chriſto cogitatio-
nes in intimis iſtorum diſputatorum cor-
dibus lateant, indicium fiat.

Ad me quod attinet, etſi, quod publi-
cè hactenus & docui, & doceo, quódque

ſcriptis

scriptis in lucem editis apertè professus sum, vbi necessitas exiget, & è re Ecclesiæ fore videbitur, pro mea tenuitate repetere non detrectabo: tamen an cum tali homine, qui in tot falsi testimonij criminibus deprehensus est, quiq; multis alijs indicijs ostẽdit, se esse ex eorum numero quos postremis temporibus surrecturos esse Spiritus Sanctus per sanctos Apostolos prædixit, viuisq; coloribus depinxit, in disputatiõem theatricam me immittere debeam: Magnif Tuæ & omnibus momenta rerũ diligenter perpendentibus, in timore Dei dijudicandum relinquo, & jam Magnif. Tuam sub diuina protectione bene felicierq; valere cupio, oroq; ex animo, vt Magnif. Tua rebus omnibus felicitet confectis, salua ad suos itidem saluos redire possit. E museo meo 5. Martij, Ao. 1596.

2. Tim. 3. 1.
2. Pet. 3. 3.
Iudæ 18.

Magnif. Tuæ

Omnibus Christianæ pietatis officijs addictiss.

Sebastianus Ambrosius.

EPIGRAMMA

AD MERCENARIOS MILITES BELli Theologici â Gregorio Horvvath, &c. incoati, non confecti.

GRegorius Stanfit ſoboles Horvvathia, bellum
Longè aliud, geſſit quàm pater, orſus erat.
Vtrum autem ſit nobilius, ſub iudice lis eſt,
De qua non fruſtra quis dubitare queat.
Nam pater in Turcas haſta pugnauit & enſe,
Et ſeruos texit, Maxime Chriſte, tuos.
Quapropter Stephani Szegedini, tempus in omne,
Poſt obitum, vitæ viuit in hiſtoria.
Non haſtam in Turcas natus vibrauit & enſem,
Vrgerent patriam Turcica bella licet:
Sed linguam & calamum contra inſuperabile verum,
Et ſeruos contra, Maxime Chriſte, tuos.
Quin maiora ſuis qaſt quam ſe viribus auſum
Senſiſſet, ſocios junxerat ære ſibi.
Sed medio in curſu bellum hoc vitamq; reliquit,
Et ſic, quod voluit, perficere haud potuit.

Nónne hinc conducti ſcriptores ære videtis?
Si mens cæca modò cernere vera ſinit:
In cœlis verè eſſe Deum, qui vera tuetur,
Hoſtibus illorum & ſcit poſuiſſe modum.
Ergo Deum contræ miſeri pugnabitis? An non
Stultum eſt v, ermiculos bella mouere Deo?
Exemplo alterius ſi non id diſcere vultis,
Quod faciunt ſana qui bene mente vigent:
Euentus, qui ſtultorum ſolet eſſe magiſter,
Infauſtus veſter poſtea Doctor erit.

SERVESTÆ.
Excudebant
Hæredes Bonauenturæ Fabri:
ANNO
M. D. XCVIII.

ULB Halle
004 975 952
3

56.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155426-p0100-8

DECLARATIO

CIRCVMSTANTIARVM GEMINI COLLOQVII, ALTERIVS V. DECEMbris, Anni 1595. alterius 29. Ianuarij, Anni 1596. in arce Keismarcensi habiti, & aliarum quarundam actionum, è quibus, qua fide charta in titulo argumenta in ijsdem colloquijs proposita promittens, edita sit, haud obscurè perspici potest:

AD MAGNIFICVM Dominum, Dn. Sebastianum Thekeoli, Dominum in Keismarck, &c: in comitijs Posoniensibus versantem missa, & iam necessaria Defensionis ergò in lucem data,

A

SEBASTIANO AMBROSIO,
Pastore Ecclesiæ Keismarcensis.

cIↃ IↃ XCVIII.